Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

T: Petronius Arbiter

Aº post Christum 48

Tempore Claudii

Aᵐ Impⁱⁱ 7ᵐ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

183 N 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Kw 183 N12

PETRONII ARBITRI SATYRICON;

Multis virorum illuſtrium Notis & Obſeruationibus illuſtratum.

EDITIO POSTREMA.

OMNIVM FERE, QVÆ hactenus prodierunt, terſiſſima.



LVGDVNI,

Sumptibus PAVLI FRELLON.

cIↄ. Iↄcviii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

VIRO ILLVSTRI IOSEPHO SCALIGERO IVL. CÆSARIS FIL. IOAN. A VVovvveren S. D.

FAMA ſublimis, eruditione nobilis, nobilitate Illuſtris Ioſephe Scaliger, Ariſtippum ſaltare coactum in purpurâ dixiſſe ſcribit Laërtius: καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν οὖσ' γε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται. Putabat nimirum probum & virtuti addictum nullis lenociniis delectari, aut corrumpi poſſe. Quàm vellem hanc vocem preſſiùs aduertiſſent triſtiores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

iſti, qui hunc ſcriptorem, quem damus, non tantùm infamem fecerant, ſed perpetuis tenebris æternæque obliuioni damnârant, præpoſtero mehercles pietatis obtẽtu. Atqui vtinam ille ignis intepuiſſet! nunc grauius eſt incendium per omnes regiones ſparſum diffuſúmque, vt nec mare huic exſtinguendo: ſunt enim ſeuerioris notæ homines, quibus ſatis non eſt, ne quidem ad cognitionem hunc ſcriptorem admittere; ſed renatum ex parte, nonnulli monſtrum clamare, more maiorum comburendum, aut diis ſacrandum. alij porrò proſcribere, vinctum in ergaſtulum & carnificinam dare, imò quem euirârant, prorſus occidere, adeò vt plura parata ſupplicia, quàm mẽbra. periiſti, miſer periiſti, vel indicio tuo, vel illorum præiudicio. Iacet prætereà atque occiſa libertas. Quis enim quæſo tantis ceruicibus qui contrà tendat? Quis tantis humeris Atlas, qui tot malorum montes

tes ſuſtineat, vt ſaltem tralatitiâ humanitate languentem erigat? Quanquàm præclari viri, poſtquàm conuertiſſent mentem ad Arbitrum omnis elegantiæ, nullum recuſarunt periculum, quod ſalutis ſpem oſtenderet. itaque in carcerem & ergaſtulum datum vindice dextrâ veræ libertati aſſeruerunt, confoſſum togatorum ſpiculis, velut ex inferis reduxerunt. equidem, denuò audere facinus dignum Cenſorum notâ, imò tunicâ moleſtâ merito eſt: nunquàm enim inauditum & indefenſum Petronium diriſſimâ triſtiorum conſpiratione damnari patiar. Itaque vt decretoriis armis pugnem, quid in eo accuſent dicant quæſo clariùs. Opus nouæ ſimplicitatis, ſeu, vt illi malunt, nequitias & accuratam ſpurcitiem? Velim ſanè tam candidè ad mentem admittant, quàm ſimpliciter ab eo ſcriptum ſit, magíſque accuſent libidinem principis, cuius flagitia ſub nomini-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

bus exoletorum fœminarúmque perſcripſit. Demodocus apud Phæacas Martis & Veneris colluſiones cantabat, non quòd vitiis adularetur, ſed vt cauterium adhiberet libidini, ſimilia eorum moribus ingerebat. credo vel ſolo recogitatu improbos mores erubuiſſe. Atqui quid cauſſæ cur Iuuenalem, diligentiſſimum luxuriæ interpretem, non accuſent, qui eadem & ſæpe grauiùs proſecutus? Quid dicam? hunc non ſolùm legi, ſed in ſinu geſtari, ne iraſcuntur quidem. Ariſtophanem, Anacreontem, Catullum, Martialem, totámque illam cohortem publicè proſtitui, tum pueris in ipſis Mineruæ ſacrariis præcantari patiuntur. Quæ ergo dementia eſt huic ſalutem negare, cùm iis vitam concedamus? Sanè neſcio quis fatalis morbus veteres tenuerit, vt pudicitiæ ſacra multoties profanare ipſis ſuaue: taceo quàm frequentes ſcopuli in Poetarum ſcriptis, quos caſtæ mentes facilè declinant,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

nant, improbæ minimè; taceo quàm obuiæ cantiones, haud diſſimiles illis, quas Vlyſſes niſi alligatus præteruehi noluit, ad quas iam olim proborum aures occalluerunt; improbi verò non facilè ſonum iſtum excutiunt, imò proſequitur & diutiùs hæret; haud aliter affecti, quàm ij qui ſymphoniam audierunt, in quorum animis durat illa modulatio, atque ex interuallo recurrit. Solonem petulantes verſus ſcripſiſſe, Platonem amatoriè luſiſſe, D. Hadrianum verſu laſciuum fuiſſe refert Madaurenſis Philoſophus, qui, cùm eiuſdem criminis inſimulatus, aiebat ſe in vita philoſophum, in epigrammatis amatorem. At arguunt & vrgent iudiciorum ſpiculis reum Petronium, eius nequitiam palàm proſtare nudam. facinus mehercles dignum proſcriptione. Sed hoc crimen excuſo, vt ille olim Platonis verſus petulantiores, ſcilicet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

tantò pudicitiùs compoſuiſſe, quantò apertiùs; námque id genus omnia occultare peccantis, promulgare ludentis eſt. Quanquàm quid attinet veritatem per interpretem quærere? Si verum amamus, multa in his ſcriptis quæ menti impudicæ proluuium ad omne genus nefandæ libidinis. Sed vt apes ex omnium arborum ſatorúmque floribus liquamen confingunt dulciſſimum, araneæ venenum: ita probis, in quorum animis ne minimum quidem ſui veſtigium relinquit hæc ſcriptio, mel; improbis, quibus inhæret, venenum. Quid vtilitatis ex huiuſmodi ſcriptoribus capiendum, viri ſancti iam olim monuerunt. Viderit ſi fortè qui hîc omninò nudas ineptias putabat, quas proprias Poëtarum affirmat Philoſophia, qui ſolas aurium delicias profitentur, & dulces nectere fabulas ánne fruſtra ſit. Sanè in ſcurrilibus his iocis præcepta ſapientiæ, non

ſolùm

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſolùm in vita vtilia, ſed neceſſaria. Iam verò quis tam ſuperciliosſus, quem tot amabiles luſus, ioci, & vrbanitas tota non flectat? Magna pars, ait Plinius, ſtudiorum amœnitates quærimus. Suadeo deduce oculos atque huc diuerte, peream niſi omnia tam venuſtè docta, vt non tantùm ingenium alant, ſed infinitam voluptatem & iucundiſſimum adferant oblectamentum. Denique quem non capiet oratio iſta pudica, non maculoſa, non turgida, ſed naturali pulchritudine exſurgens, ornata hoc ipſo, quòd ornamenta neglexerit, quam tam facilem, tam probè temperatam in toto Latio fruſtra quæras, is mihi omninò mortuus, aut elephanti corio circumtectus videtur. Dicam, ne eius manes obmuſſitent. Quàm alti ſublimíſque ſpiritus poëta, ſpecimen reliquit, cupiens probare poſteritati, ſe nouiſſe viam qua iretur ad carmen, imò ſe in Heliconem veniſſe ingenti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

flumine literarum inundatum. Sed vt in gemmis & lapidibus ſæpe næui, nec proinde omninò viles: ita in hoc ſcriptore labes haud paucæ, quæ tamen totum minimè deturpant. Bene olim Naſo, qui aiebat decentiorem eſſe faciem, in qua aliquis næuus. Cæterùm dic mihi, quis tam improbæ mentis, qui ſpurcitiem iſtam non palam damnet? ego ſanè hoc aio, hoc teſtor, id potiùs animi cum aliis fuiſſe, elegantiæ & omnis lepôris, non Neronis nequitię Arbitrum edere, tantùm vt omnes religiosè caueant, ne quod deliquium morum integritas ex frequenti huius tractatione patiatur ſeriò hortor. Sed profectò nimis multa oratio eſt. Neoptolemus Ennianus malebat paucis philoſophari. Quidquid ergo eſt, tibi Vir Ill. Ioſephe Scaliger, cuius incomparabilem eruditionem, ingenium ſupra mortales priùs defeſſi ſunt homines laudando (vſurpabo illud Saluſtij ad Cæſarem) quàm ipſe gloriâ

digna

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

digna faciundo, Petronium Arbitrum à me recognitum, & animaduerſionibus illuſtratum dicare libuit. Pompeius, cui ex virtute cognomentum Magni acceſſerat, cùm theatrum, arcem turpitudinum, exſtruxiſſet, veritus memoriæ ſuæ cenſoriam animaduerſionem, Veneris ædem ſuperpoſuit: ita ego illuſtris nominis tui titulo damnatum hoc opus prætexui; atque haud fallit augurium. viuat, viuat diutiùs per æternum hoc nomen. Tu verò Vir Ill. patere exiles quaſdam ſtricturas tui ſplendoris Petron. illuminare: nam & ſol radios ſuos in loca deformia defert, nec inquinatur. Te quidem in excelſo faſtigio generis & eruditionis poſitum, religiosè adiri debere ſcio. Verùm & diis lacte fit, nec putem vlli vitio fuiſſe eos colere, quoquo modo poſſet. Itaq; ne toties ad hoc templum gratis accedam, laborem tenuem & exiguum offero, veri legitimíque mu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

neris obſidem, quod meæ quidem temeritati haud recuſo accedere; tamen ſi non prorſus faſtidias votoriam hãc tabellam nominis tui templo dicatam, in cœlum abire videor. Vale Vir Illuſt. Lugduni Batauorum CIↃ. IↃ.XCV.

DE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

DE PETRONIO,

ET EIVS SCRIPTIS.

AVT valdè me coniectura fallit, aut hic ipſe eſt Petronius, de quo Tacitus lib. XVI. Annal. ſic ſcribit:

„ C. SVETONIO, L. TELESSINO
„ Coſſ. intra paucos dies eodem agmi-
„ ne Annæus Mella, Cerialis Anicius,
„ Rufus Criſpinus, C. Petron. cecidêre.
Et cùm de ceteris dixiſſet, de Petronio
„ ſubiicit: Illi dies per ſomnum, nox offi-
„ ciis & oblectamentis vitæ tranſigeba-
„ tur, vtque alios induſtria, ita hūc igna-
„ uia ad famam protulerat: habebatúr-
„ que non ganeo & profligator, vt ple-
„ rique ſua haurientium, ſed erudito lu-
„ xu. Ac dicta, factáque eius quantò ſo-

lutio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

lutiora, & quandam ſui negligentiam præferentia, tantò gratiùs in ſpeciem ſimplicitatis accipiebantur. Proconſul tamen Bithyniæ, & mox Conſul, vigẽtem ſe ac parem negotiis oſtẽdit: dein reuolutus ad vitia, ſeu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni aſſumptus eſt elegãtiæ ARBITER, dum nihil amœnũ & molle affluentia putat, niſi quod ei Petronius approbauiſſet. Vnde inuidia Tigillini, quaſi aduersùs æmulum & ſcientia voluptatũ potiorem. Ergo crudelitatẽ Principis, cui ceterę libidines cedebant, adgreditur, amicitiam Sceuini Petronio obiectans, corrupto ad indicium ſeruo, adẽptáque defenſione, & maiore parte familiæ in vincula rapta. Fortè illis diebus Campaniã petiuerat Cæſar, & Cumas vſq; progreſſus, Petronius illic attinebatur. Nec tulit vltrà timoris aut ſpei moras: neque tamen præceps vitã expulit, ſed inciſas venas, vt libitũ obligatas, à perire rurſus, & alloqui amicos

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

,, non per ſeria, aut quibus conſtantiæ
,, gloriam peteret. Audiebátque referen-
,, tes, nihil de immortalitate animæ &
,, ſapientium placitis, ſed leuia carmina
,, & faciles verſus. Seruorum alios lar-
,, gitione, quoſdam verberibus affecit.
,, Iniit & vias, ſomno indulſit, vt quan-
,, quam coacta mors, fortuitæ ſimilis
,, eſſet. Ne codicillis quidem (quod ple-
,, rique pereuntium) Neronem, aut Ti-
,, gillinum, aut quem alium potentium
,, adulatus eſt: ſed flagitia Principis
,, ſub nominibus exoletorum fœmina-
,, rúmque & nouitate cuiuſque ſtupri
,, perſcripſit, atque obſignata miſit
,, Neroni. fregítque annulum, ne mox
,, vſui eſſet ad facienda pericula. Am-
,, bigenti Neroni quónam modo no-
,, ctium ſuarum ingenia noteſcerent,
,, offertur Silia matrimonio Senato-
,, ris haud ignota, & ipſi ad omnem
,, libidinem adſcita, ac Petronio per-
,, quam familiaris. Agitur in exi-
,, lium, tanquam non ſiluiſſet quæ vi-

derat,pertulerátque,proprio odio. Hactenus Cornelius.

Atqui C.Plinij codices quidam, vt & Plut.in lib.de diſcr. amic. & adulat. Titum vocant. Sic in lib. xxxvij. Nat. hiſt.ſcriptum eſt:T. Petronius Conſularis moriturus, inuidia Neronis principis,vt mẽſam eius exhęredaret,trullam murrhinam ccc. H-S. emptam fregit.

Petronius alius, cuius Tacitus idem meminit libris xiiij.& xv.eſt Petronius Turpillianus. Sic enim apud ipſum legendum eſt lib.xv. Ann. ex Plutarcho. Eum verò non ſub Nerone, ſed ſub Galba periiſſe certum eſt ex lib.1.Hiſt. Petroniorum familia Equeſtris fuit, meminítque Plinius lib.vj. P. Petronij equeſtris ordinis & præfecti Auguſtalis ſub Auguſto ipſo. Ex qua etiam familia fuiſſe veriſimile eſt Petronios, quorum Gennadius presbyter Maſſilienſis honorificè meminit in libro de viris illuſtrib. Sed & Flauium, Sabi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

num, Probum, Maximum, Primulum, alióſque, quorum non apud ſcriptores modò, ſed in ipſis lapidibus monumẽta reſtant: itémque illum qui iuſſu Caracallæ ante templum Diui Pij occiſus à Spartiano traditur. Sed & Iureconſultum Petronium, ad quem leguntur Sollij Sidonij epiſtolæ plures.

Sanè Petronium Arbitrum Domitiani tempora præceſſiſſe, ex eo etiam intelligetur, quòd eius Terentianus Maurus meminerit: ſi modò Terentianus is eſt, quem ſuo tempore Sienem rexiſſe Martialis teſtatur. Is igitur, quiſquis tandem fuit, Petronij ſic meminit, cùm de dimetro Iambico claudo agit:

Horatium videmus
Verſus tenoris huius
Nuſquàm locaſſe iuges:
At Arbiter diſertus
Libris ſuis frequentat.

Et paulò pòſt de ſexta tome Hendecaſyllabi:

Nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Nunc diuiſio, quam loquemur edet
Metrum, quo memorant Anacreonta
Dulces compoſuiſſe cantilenas.
Hoc Petronius inuenitur vſus,
Et plures alij: ſed iſte verſus
Quali compoſitus Tome ſit, edem.
Iuuerunt ſegetes meum laborem.

Aurel. Macrobius Theodoſius lib. 1. Commentar. in Somnium Scipionis: Fabulæ, quarum nomen indicat falſi " profeſſionem, aut tantùm conciliandæ " auribus voluptatis, aut adhortationis " quoque in bonā frugem repertæ ſunt. " Auditum mulcent, velut Comœdiæ, " quales Menander eiúſve imitatores " agendas dederunt: vel argumenta fictis " caſibus amatorum referta, in quibus " vel multum eſſe Arbitrum, vel Apu- " leium nonnunquàm luſiſſe miramur. " Hoc totum fabularum genus, quod " ſolas aurium delicias profitetur, è ſa- " crario ſuo in nutricum cunas ſapientię " tractatus eliminat. "

C. Sidonius Apollinaris Aruerno-

rum

rum Epiſcopus in carmine ad Magnũ Felicem:

Non Licinius hic, Lucretiúſque eſt,
Nõ Turnus, Memor, Ennius, Catullus,
Stella, & Septimius, Petroniúſque.

Idem in Narbone:

Et te Maſſilienſium per hortos
Sacri ſtipitis Arbiter colonum
Helleſpontiaco parem Priapo.

Vbi illi Maſſilienſium horti (vt hoc obiter dicam) non tam mihi Arbitri patriam ſignificare videntur, quàm mores, qui ex Plautino prouerbio, & Athenæi hiſtoria notati ſunt.

Fabius Planciades Fulgentius lib. 1. Mytholog.

Licèt mulierum verbalibus vndis & „ cauſidici cedant, nec Grammatici mu- „ tiant, Rhetor taceat, & clamorem „ præco compeſcat, ſola eſt Satyra quæ „ modum imponit furentibus. Scilicet „ Petroniana ſubit Albutia: hac enim „ adludente & Plautinæ Saureæ domi- „ natus obdormit, & Sulpicillæ Auſo- „

nia

nianæ loquacitas deperit,Salluſtianæque Semproniæ, quamuis præſens ſit, melos rauceſcit.

In veteri libro Defloratorum, qui fuit Ioan.Biturgium Ducis,non vſque adeò vetuſto, Petronij fruſta hanc inſcriptionem habent : *Petronij Arbitri Afranij Satyrici*, quod probare non poſſum. Nã vt quæ de Afranio Quintilianus ſcribit, inquinaſſe eum argumenta fœdis puerorum amoribus mores ſuos faſſum, de hoc quoque Petronio dici poſſe videatur,longè tamen alium ab Afranio fuiſſe certũ eſt.

Sunt & qui de Petronio dictum illud ſcribant:

Laſciuus verſu,mente pudicus erat.

Quod tamen D. Adrianum de Voconio poeta amico ſuo ſcripſiſſe, teſtis eſt Apuleius Apologia.Ceterùm nihil puto ad hunc Petronium pertinere, quod Raphael Volaterr. libr. xviij. Comm.ſic ſcribit:

Petronius Arbiter Poeta, cuius ali-

qua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

„ qua de medicina verſibus conſcripta „ ad nos peruenerunt.

In veteri exemplari bibliothecæ Vaticanæ ſequens Epigramma Petronij fragmentis quibuſdam præfixum dicitur:

Petronij carmen diuino pondere currit,
Quo iuuenum mores arguit atque ſenũ.
*Quare illę * præſa gaudet laſciua puella,*
At quoque delicias frigida ſentit anus.
*Nam * iter diri ſcripſitque Neronis. amictu*
Arbiter arbitrio dictus & ipſe ſuo.

SATYRICON.

Quale ſit hoc ſcribendi genus, Fa„bius ſic expreſſit:
„ SATYRA quidem tota noſtra eſt: in „ qua primus inſignẽ laudẽ adeptus eſt „ Lucilius, qui quoſdam ita deditos ſibi „ adhuc habet amatores, vt eũ non eiuſ„dem modò operis auctoribus, ſed om„nibus Poetis præferre non dubitent.

Ego

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Ego quantùm ab illis, tantùm ab Horatio diſſentio, qui Lucilium fluere lutulentum, & eſſe aliquid quod tollere poſſis, putat. Nam & eruditio in eo mira & libertas, atque inde acerbitas, & abunde ſalis. Multò eſt terſior, ac purus magis Horatius, & ad notandos hominum mores præcipuus. Alterum illud eſt & prius Satyræ genus, quod non ſola carminum varietate miſtum condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditiſſimus. Hactenus M. Fabius. Huius eſt generis hic liber, itémque Martiani ſeptem artes, quarum in veteribus pleriſque membranis titulus eſt, *Martiani Minæi Felicis Capellæ Afri Carthaginenſis Satyricon lib.* VII. *de nuptiis Philologiæ lib.* II. Sed & ipſe ſub finem libri ſic canit:

Habes ſenilem Martiane fabulam,
Miſcella luſit quam lucernis famine
Satyra Pelaſgo dum docere nititur
Artes creagris vix amicas Atticis.

Tractum eſt hoc nomen à Satyra cibi,

cibi, vel, vt Acron ait, lancis genere ex variis rebus condito: à quo & per Satyram aliquid dici vel fieri veteres vſurparunt: quod & Diomedes latiùs perſequitur lib. II. Ceterùm quod Fabius ait de Satyricis Varronis, ad Menippeas pertinet, de quibus eſt & hic Ciceronis locus lib. I. Academ. quæſt.
» ſub perſona ipſius Varronis. Et tamen
» in illis veteribus noſtris, quæ Menip-
» pum imitati, non interpretati, quadam
» hilaritate conſperſimus, multa admix-
» ta ex intima philoſophia, multa Dia-
» lecticè dicta: quæ quò faciliùs minùs
» docti intelligerent, iucunditate qua-
» dam ad legendum inuitati, &c. Ex his etiam apparet, falli potuiſſe eos, qui inter veterum Poetarum carmina paſſim retulerunt quæcumque ex Menippeis Varronis à veteribus adducta sũt, fruſtráque alios tentare omnia omninò ad poetices normam exigere.

PETRO

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

PETRONII ARBITRI SATYRICON.

* * * * *

NVM alio genere furiarum declamatores inquietantur, qui clamant: Hæc vulnera pro libertate publica excepi, hunc oculum pro vobis impendi: date mihi ducem, qui me ducat ad liberos meos. nam ſucciſi poplites membra non ſuſtinent. Hæc ipſa tolerabilia eſſent, ſi ad eloquentiam ituris viam facerent: nunc & rerum tumore, & ſententiarum vaniſſimo ſtrepitu, hoc tantùm proficiunt, vt cùm in forum venerint, putent ſe in alium terrarum orbem delatos. Et ideò ego adoleſcentulos exiſtimo in ſcholis ſtultiſſimos fieri, quia nihil ex iis quæ in vſu habemus, aut audiunt, aut vident; ſed piratas cum

catenis in littore ſtantes, & tyrannos edicta ſcribentes, quibus imperent filiis, vt patrum ſuorum capita præcidant, ſed reſponſa in peſtilentiã data, vt virgines tres aut plures immolentur, ſed mellitos verborũ globulos, & omnia dicta factáque quaſi papauere & ſeſamo ſparſa. Qui inter hæc nutriuntur, nõ magis ſapere poſsũt, quàm bene olere qui in culina habitant. Pace veſtra liceat dixiſſe, primi omnẽ eloquentiã perdidiſtis. Leuibus enim atque inanibus ſonis ludibria quædam excitando effeciſtis, vt corpus orationis eneruaretur & caderet. Nondum iuuenes declamationibus continebantur, cùm Sophocles aut Euripides inuenerunt verba quibus deberent loqui. Nondum vmbraticus doctor ingenia deleuerat, cùm Pindarus nouémque Lyrici Homericis verſibus canere timuerunt. Et ne Poëtas quidem ad teſtimonium citem, certè neque Platona, neque Demoſthenem ad hoc genus exercitationis acceſſiſſe video. Grandis, &, vt ita dicam, pudica oratio non eſt maculoſa, nec turgida, ſed naturali pulchritudine exſurgit. Nuper ventoſa iſthæc & enormis loquacitas Athenas ex Aſia commigrauit, animóſque iuuenum ad magna ſurgentes veluti peſtilenti quodam ſidere afflauit, ſemélque corrupta eloquentiæ regula ſtetit, & obmutuit. Quis poſteà ad ſummam Thucydidis, quis Hyperidis ad famam proceſſit? ac nec carmen quidem ſani coloris enituit: ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

omnia quaſi eodem cibo paſta non potuerũt vſque ad ſenectutem caneſcere. Pictura quoque non alium exitum fecit, poſtquàm Ægyptiorum audacia tam magnæ artis compendiariam inuenit. Non eſt paſſus Agamemnon me diutiùs declamare in porticu, quàm ipſe in ſchola ſudauerat: ſed, Adoleſcens, inquit, quoniam ſermonem habes non publici ſaporis, &, quod rariſſimum eſt, amas bonam mentem, non fraudabo te arte ſecreta. Nimirum in his exercitationibus doctores peccant, qui neceſſe habẽt cùm inſanientibus furere. Nam niſi dixerint quæ adoleſcentuli probent, vt ait Cicero, ſoli in ſcholis relinquentur; ſicut ficti adulatores cùm cœnas diuitum captant, nihil priùs meditantur, quàm quod putant gratiſſimum auditoribus fore (nec enim aliter impetrabunt quod petunt, niſi quaſdam inſidias auribus fecerint) ſic eloquentiæ magiſter, niſi, tanquàm piſcator, eam impoſuerit hamis eſcam, quam ſcierit appetituros eſſe piſculos, ſine ſpe prædæ moratur in ſcopulo. Quid ergo eſt? parentes obiurgatione digni ſunt, qui nolunt liberos ſuos ſeuera lege proficere. Primùm enim ſicut omnia, ſpes quoque ſuas ambitione donant: deinde cùm ad vota properant, cruda adhuc ſtudia in forum propellunt, & eloquentiam, qua nihil eſſe maius confitentur, pueris induunt adhuc naſcentibus. Quòd ſi paterentur laborum gradus fieri, vt ſtudioſi iuuenes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

lectione ſeuera mitigarẽtur, vt ſapientiæ pręceptis animos componerent, vt verba atroci ſtylo effoderent, vt quod vellent imitari, diu audirent, ſibi nihil eſſet magnificum quod pueris placeret: iam illa grandis oratio haberet maieſtatis ſuæ pondus. Nũc pueri in ſcholis ludunt, iuuenes ridentur in foro: &, quod vtroq; turpius eſt, quod quiſquis perperã diſcit, in ſenectute cõfiteri non vult. Sed ne me putes improbaſſe ſchediũ Lucilianæ humilitatis, quod ſentio & ipſe carmine effingam:

Artis ſeueræ ſi quis amat effectus,
Mentémque magnis applicat, priùs more
Frugalitatis lege polleat exacta:
Nec curet alto regiam trucem vultu,
Cliénſque cœnas impotentium captet:
Nec perditis addictus, obruat vino
Mentis calorem, néve plauſor in ſcena
Sedeat redemptus hiſtrioniæ addictus.
Sed ſiue armigeræ rident Tritonidis arces,
Seu Lacedæmonio tellus habitata colono,
Sirenûmque domus, det primos verſibus annos,
Mæoniúmque bibat felici pectore fontem.
Mox & Socratico plenus grege, mittat habenas
Liber, & ingentis quatiat Demoſthenis arma.
Hũc Romana manus circũfluat, & modò Graio
Exonerata ſono mutet ſuffuſa ſaporem:
Interdum ſubducta foro det pagina curſum,
Et fortuna ſonet celeri diſtincta meatu.
Dent epulas, & bella truci memorata canore:
Grandiáq; indomiti Ciceronis verba minẽtur.

His

His animum ſuccinge bonis. ſic flumine largo
Plenus, Pierio defundes pectore verba.

Dum hæc diligentiùs audio, non notaui mihi Aſcylti fugam: & dum in hoc dictorum æſtu motus incedo, ingens ſcholaſticorum turba in porticum venit, vt apparebat, ab extẽporali declamatione neſcio cuius, qui Agamemnonis ſuaſoriam exceperat. Dum ergo iuuenes ſententias rident, ordinémq; totius dictionis infamant, opportunè ſubduxi me, & curſim Aſcylton perſequi cœpi. Sed nec viam diligẽter tenebam, quia nec quo loco ſtabulum eſſet, ſciebam. Itaque quocunque ieram, eodem reuertebar. donec in curſu fatigatus, & ſudore iam madens, accedo aniculam quandam, quæ agreſte olus vendebat: &, Rogo, inquam, mater, nunquid ſcis vbi ego habitem? Delectata illa vrbanitate tã ſtulta: &, Quidni ſciã? inquit, conſurrexítq; & cœpit me præcedere. Diuinam ego putabã. at ſubinde vt in locum ſecretiorem venimus, centonem anus vrbana reiecit: &, Hîc, inquit, debes habitare. Cùm ego negarem me cognoſcere domum, video quoſdam, inter titulos, nudáſque meretrices furtim ſpatiantes. Tardè, immò iam ſerò intellexi me in fornicem eſſe deductum. execratus itaque aniculæ inſidias, operui caput, & per medium lupanar fugere cœpi in aliam partem: cùm ecce in ipſo aditu occurrit mihi æquè lapſus ac moriens Aſcyltos. putares ab eâdem anicula eſſe deductum. Itaque vt ridẽs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

eum conſalutaui, quid in loco tam deformi faceret, quæſiui. Sudorem ille manibus deterſit: &, Si ſcires, inquit, quæ mihi acciderunt. Quid noui? inquam ego. at ille deficiẽs, Cùm errarem, inquit, per totam ciuitatem, nec inuenirem quo loco ſtabulum reliquiſſem, acceſſit ad me paterfamilias, & ducẽ ſe itineris humaniſſimè promiſit. per amfractus deinde obſcuriſſimos egreſſus, in hũc locum me perduxit, prolatóque peculio cœpit rogare ſtuprum. Iam pro cella meretrix aſſem exegerat. iam ille mihi iniecerat manum, & niſi valentior fuiſſem, dediſſem pœnas * adeò vbique omnes mihi videbantur ſatyrion bibiſſe * iũctis viribus moleſtum contempſimus * quaſi per caliginem vidi Gytona in crepidine ſemitæ ſtantem, & in eundem locum me conieci. Cùm quærerem numquid nobis in prandium frater paraſſet, conſedit puer ſuper lectum, & manantes lacrymas pollice expreſſit. Perturbatus ergo habitu fratris, quid accidiſſet, quæſiui. at ille tardè quidem & inuitus, ſed poſtquàm precibus & iracundiam miſcui: Tuus, inquit, iſte frater, ſeu comes, paulò antè inconductum accucurrit, cœpítque mihi velle pudorem extorquere. Cùm ego proclamarem, gladium ſtrinxit, &, Si Lucretia es, inquit, Tarquinium inueniſti. Quibus ego auditis, intentaui in oculos Aſcylti manus: &, Quid dicis, inquam, muliebris patiẽtiæ ſcortum, cuius ne ſpiritus purus eſt? Inhorreſcere

ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſe finxit Aſcyltos: mox ſublatis fortiùs manibus, longè maiore niſu clamauit: Non taces, inquit, gladiator obſcœne, quem de ruina arena dimiſit? Non taces nocturne percuſſor, qui ne tum quidem, cùm fortiter faceres, cum pura muliere pugnaſti? cuius eâdem ratione in viridario frater fui, qua nunc in diuerſorio puer eſt? Subduxiſti te, inquam, à præceptoris colloquio. Quid ego homo ſtultiſſime facere debui, cùm fame morerer? an videlicet audirem ſententias, id eſt, vitream fractam, & ſomniorum interpretamenta? Multò me turpior es tu Hercule, qui vt foris cœnares, poëtam laudaſti. Itaque ex turpiſſima lite in riſum diffuſi, pacatiùs ad reliqua ſeceſſimus. * Rurſus in memoriam reuocatus iniuriæ, Aſcylte, inquam, intelligo nobis conuenire non poſſe: itaque communes ſarcinulas partiamur, ac paupertatem noſtram priuatis quæſtibus temptemus expellere. Et tu literas ſcis, & ego, ne quæſtibus tuis obſtem, aliquid aliud promittam. alioqui mille cauſæ nos quotidiè collident, & per totam vrbem rumoribus different. Non recuſauit Aſcyltos, &, Hodiè, inquit, quia tanquàm ſcholaſtici ad cœnam promiſimus, non perdamus noctem. cras autem quia hoc libet, & habitationem mihi proſpiciam, & aliquem fratrem. Tardum eſt, inquam, differre quod placet. * Hanc tam præcipitem diuiſionem libido faciebat. Iam dudum enim cupiebam

amoliri cuſtodem moleſtum, vt veterem cum Gytone meo rationem diducerem. * Poſtquàm luſtraui oculis totam vrbem, in cellulam redij, oſculíſque tandem bona fide exactis, alligo arctiſſimis complexibus puerum, fruórque votis vſque ad inuidiam felicibus. Nec adhuc quidem omnia erant facta, cùm Aſcyltos furtim ſe foribus admouit, diſcuſſiſque fortiſſimè clauſtris, inuenit me cum fratre ludentem, riſu itaque plauſúque cellulam impleuit, opertum me amiculo euoluit, &, Quid agebas, inquit, frater ſanctiſſime? quid veſti contubernium facis? nec ſe ſolùm intra verba continuit, ſed lorum de pera ſoluit, & me cœpit non perfunctoriè verberare, adiectis etiam petulantibus dictis, Sic diuidere cum fratre nolito. * * *

Veniebamus in forum deficiente iam die, in quo notauimus frequentiam rerũ venalium, non quidem pretioſarum, ſed tamen quarum fidem malè ambulantem obſcuritas tẽporis facillimè regeret. Cùm ergo & ipſi raptum latrocinio palliũ detuliſſemus, vti occaſione opportuniſſima cœpimus, atq; in quodam angulo laciniam extremam concutere, ſi quem fortè emptorem ſplendida veſtis poſſet adducere. Nec diu moratus ruſticus quidam familiaris, oculis meis cum muliercula comite propiùs acceſſit, ac diligentiùs conſiderare pallium cœpit. inuicem Aſcyltos iniecit contemplationem ſuper humeros ruſtici emptoris,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ris,ac ſubitò exanimatus conticuit,ac ne ipſe quidem ſine aliquo metu hominem cõſpexi. nam videbatur ille mihi eſſe, qui tuniculam in ſolitudine inuenerat. planè is ipſe erat. Sed cùm Aſcyltos timeret fidem oculorũ, nequid temerè faceret,priùs tãquàm emptor propiùs acceſſit, detraxítque humeris laciniam, & diligentiùs tenuit. O luſum Fortunæ mirabilẽ! Nam adhuc nec ſuturæ quidem attulerat ruſticus curioſas manus , ſed tanquàm mendici ſpolium etiam faſtidioſè venditabat. Aſcyltos poſtquàm depoſitum eſſe inuiolatum vidit,& perſonam vendentis cõtemptam, ſeduxit me paululùm à turba:&,Scis,inquit,frater,rediiſſe ad nos theſaurum de quo querebar? Illa eſt tunicula adhuc , vt apparet , intactis aureis plena. Quid igitur facimus? aut quo iure rem noſtram vendicamus ? Exhilaratus ego , non tantùm quia prædam videbam,ſed etiã quòd fortuna me à turpiſſima ſuſpicione dimiſerat, negaui circuitu agẽdum, ſed planè iure ciuili dimicãdum, vt ſi nollet alienam rem domino reddere, ad interdictum veniret.

Quid faciant leges, vbi ſola pecunia regnat,
Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt?
Ipſi qui Cynica traducunt tempora cœna,
Nonnũquàm nummis vendere verba ſolent.
Ergo iudicium nihil eſt niſi publica merces,
Atq; eques in cauſa qui ſedet,empta probat.

Contrà Aſcyltos leges timebat : &,Quis,aiebat,hoc loco nos nouit ? aut quis habebit di-

cẽtibus fidem? Mihi planè placet emere,quãuis noſtrum ſit quod agoſcimus,& paruo ære recuperare potiùs theſaurum,quàm in ambiguam litem deſcendere. Sed præter vnum dipondium,ſicel,lupinóſque, quibus deſtinaueramus mercari,nihil ad manum erat,ne interim præda diſcederet.Itaque vel minoris pallium addicere placuit,vt pretiũ maioris compendij leuiorem faceret iacturam. Cùm primùm ergo explicuimus mercẽ,mulier aperto capite quę cum ruſtico ſteterat,inſpectis diligentiùs ſignis , iniecit vtramque laciniæ manum,magnáque vociferatione,latrones tenere clamuit.Contrà nos perturbati,ne videremur nihil agere , & ipſi ſciſſam & ſordidã tenere cœpimus tunicam,atque eadem inuidia proclamare,noſtra eſſe ſpolia quę illi poſſiderent. Sed nullo genere par erat cauſa noſtra, & conciones quæ ad clamorem confluxerant, noſtram ſcilicet de more ridebant inuidiam, quòd pro illa parte vindicabant pretioſiſſimã veſtem,pro hac panũciam ne centonibus quidem bonis dignam. Hinc Aſcyltos penè riſum diſcuſſit,qui ſilentio facto; Videamus,inquit, ſuam cuique rem eſſe chariſſimam. reddant nobis tunicam noſtram,& pallium ſuum recipiant. Etſi ruſtico mulieríque placebat permutatio, aduocati tamen iam penè nocturni, qui volebant pallium lucrifacere,flagitabant vti apud ſe vtraque deponerentur, ac poſtero die iudex querelam inſpiceret. Neque enim

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

res tantùm, quę videretur, in cõtrouerſia eſſe, ſed longè aliud quæri, in vtraque parte ſcilicet latrocinij ſuſpicio haberetur. Iam ſequeſtri placebant, & neſcio quis ex concionibus caluus tuberoſiſſimæ frontis, qui ſolebat aliquando & cauſas agere, inuaſerat pallium, exhibiturúmque craſtino die affirmabat. Cæterùm apparebat nihil aliud quæri, niſi vt ſemel depoſita veſtis inter prædones ſtrangularetur, & nos metu criminis non veniremus ad conſtitutum. Idem planè & nos volebamus. Itaque vtriuſque partis votum caſus adiuuit. Indignatus enim ruſticus, quòd nos centonem exhibendum poſtularemus, miſit in faciem Aſcylti tunicam, & liberatos querela iuſſit pallium deponere quod ſolum litem faciebat, * & recuperato vt putabamus theſauro, in diuerſorium præcipites abimus, præcluſíſque foribus ridere acumen non minùs concionum, quàm calumniantium cœpimus, quòd nobis ingenti calliditate pecuniam reddidiſſent.

Nolo quod cupio ſtatim tenere,
Nec victoria mî placet parata.

* *

Sed vt primùm beneficio Gytonis præparata nos impleuimus cœna, oſtiũ non ſatis audaci ſtrepitu impulſum exſonuit. Cùm & ipſi ergo pallidi rogaremus, quis eſſet, Aperi, inquit, iam ſcies. Dum loquimur, ſera ſua ſponte delapſa cecidit, recluſęq́; ſubitò fores admiſerũt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

intrantem. Mulier autem erat operto capite, illa ſcilicet, quæ paulò antè cum ruſtico ſteterat: &,Me deriſiſſe, inquit, vos putabatis. ego ſum ancilla Quartillæ, cuius vos ſacram antè cryptam turbaſtis.ecce ipſa venit ad ſtabulum, petítque vt vobiſcum liceat loqui, nolite perturbari: nec accuſat errorem veſtrum, nec punit. immò potiùs miratur quis deus iuuenes tam vrbanos in ſuam regionem detulerit. Tacentibus adhuc nobis, & ad neutram partem aſſentionem flectentibus, intrauit ipſa vna comitata virgine, ſedénſq; ſuper thorum meum, diu fleuit, ac ne tunc quidem nos vllum adiecimus verbum, ſed attoniti expectauimus lacrymas ad oſtentationem doloris paratas. Vt ergo tam ambitioſus detonuit imber, retexit ſuperbum pallio caput, & manibus inter ſe vſque ad articulorum ſtrepitum contritis, Quænam eſt, inquit, hæc audacia; aut vbi fabulas, & antecesſura latrocinia didiciſtis; miſereor medius fidius veſtri: neque enim impunè quiſquam, quod non licuit, aſpexit. vtique noſtra regio tam præſentibus plena eſt numinibus, vt faciliùs poſſis Deum quàm hominem inuenire. ac ne me puteris vltionis cauſâ huc veniſſe, ætate magis veſtra commoueor, quàm iniuria mea. Imprudentes enim, vt adhuc puto, admiſiſtis inexpiabile ſcelus. Ipſa quidem illa nocte vexata, tam periculoſo inhorrui frigore, vt tertianæ etiam impetum

time

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

timerem. & ideò medicinam ſomno petij, iuſſáque ſum vos perquirere, atq; impetum morbi monſtrata ſubtilitate lenire. Sed de remedio non tam valdè laboro. maior enim in præcordiis dolor ſæuit, qui me vſque ad neceſſitaté mortis deducit, ne ſcilicet iuuenili impulſi licentia, quod in ſacello Priapi vidiſtis, vulgetis, deorúmque conſilia proferatis in populum. Protendo igitur ad genua veſtra ſupinas manus, petóque & oro, ne nocturnas religiones, iocum riſúmque faciatis, néve traducere velitis tot annorum ſecreta, quæ mille vix homines nouerunt. Secundùm hanc deprecationem lacrymas rurſus effudit, gemitibúſque largis concuſſa tota facie ac pectore thorum meum preſſit. Ego eodem tempore & miſericordia turbatus, & metu, bonum animum habere eam iuſſi, & de vtróque eſſe ſecuram. Nam neque ſacra quenquam vulgaturum, & ſi quod prætereà aliud remedium ad tertianam Deus illi monſtraſſet, adiuuaturos nos diuinam prouidentiam vel periculo noſtro. Hilarior poſt hanc pollicitationem facta mulier, baſiauit me ſpiſſiùs, & ex lacrymis in riſum mota, deſcendentes ab aure capillos meos tentata manu duxit: &, Facio inquit, inducias vobiſcum, & à conſtituta lite dimitto. Quòd ſi non annuiſſetis de hac medicina quam peto, iam parata erat in craſtinum turba, quæ & iniuriam meam

meam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

meam vindicaret,& dignitatem.

Contemni, turpe eſt; legem donare, ſuperbum.
Hoc amo, quod poſſum qualibet ire via.
Nam ſanè & ſapiẽs contemptus iurgia flectit,
Et, qui non iugulat, victor abire ſolet.

Comploſis deinde manibus, in tantum repentè riſum effuſa eſt, vt timeremus. idem ex altera parte & ancilla fecit, quæ prior venerat. idem virguncula quæ vnà intrauerat. Omnia mimico riſu exſonuerant, cùm interim nos quæ tam repentina eſſet mutatio animorum facta, ignoraremus, ac modò noſmetipſos, modò mulieres intueremur.

*

Ideò vetui hodiè in hoc diuerſorio quenquam mortalium admitti, vt remedium tertianæ ſine interpellatione à vobis acciperem. Vt hæc dixit Quartilla, Aſcyltos quidem pauliſper obſtupuit: ego autem frigidior hyeme Gallica factus, nullum potui verbum emittere. Sed ne quid triſtius expectarem, comitatus faciebat. Tres enim erant mulierculæ, ſi quid vellent conari infirmiſſimæ, ſcilicet contra nos; ſi nil aliud, virilis ſexus eſſet. Et præcincti certè altiùs eramus: immò ego ſic iam paria compoſueram, vt ſi depugnandum foret, ipſe cum Quartilla conſiſterem, Aſcyltos cum ancilla, Gyton cum virgine. *

Tunc verò excidit omnis conſtantia attonitis, & mors non dubia miſerorum oculos

cœpit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

cœpit obducere. * Rogo, inquam, domina, ſi quid triſtius paras, celeriùs confice. neque enim tam magnum facinus admiſimus, vt debeamus torti perire. *

Ancilla quæ Pſyche vocabatur, lodiculam in pauimento diligenter extendit. *

Sollicitauit inguina mea mille iam mortibus frigida. *

Operuerat Aſcyltos pallio caput, ammonitus ſcilicet, periculoſum alienis interuenire ſecretis,* duas inſtitas ancilla protulit de ſinu: alteráque pedes noſtros alligauit, altera manus. * *

Aſcyltos iam deficiente fabularum contextu, Quid ergo, inquit, non ſum dignus qui bibam? Ancilla riſu meo prodita comploſit manus, & appoſuit quidem * adoleſcens ſolus tantùm medicamentum ebibiſti? Itáne eſt, inquit, Quartilla, quicquid Satyrij fuit Eucolpius ebibit? * non indecenti riſu latera commouit. * Ac ne Gyton quidem vltimo riſum tenuit, vtique poſtquàm virguncula ceruicem eius inuaſit, & non repugnanti puero innumerabilia oſcula dedit. *

Volebamus miſeri exclamare, ſed nec in auxilio erat quiſquã, & hinc Pſyche acu comatoria cupienti mihi inuocare Quiritium fidem, malas pungebat, illinc puella penicillo, quod & ipſum Satyreo tinxerat, Aſcylton opprimebat. *

Vltimo cynædus ſuperuenit myrtea ſubornatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

natus gauſapila, cingulóque ſuccinctus, modò extortis nos clunibus cęcîdit, modò baſiis olidiſſimis inquinauit, donec Quartilla ballenatiam tenens virgam, altéque ſuccincta, iuſſit infelicibus dari miſſionem. *

Vterque noſtrum religioſiſſimis iurauit verbis, inter duos periturum eſſe tam horribile ſecretum. * *

Intrauerunt palæſtricæ quamplures, & nos legitimo perfuſos oleo refecerunt. Vt cumque igitur laſſitudine abiecta, cœnatoria repetimus, & in proximam cellam ducti ſumus; in qua tres lecti ſtrati erant, & reliquus lauticiarum apparatus ſplendidiſſimè expoſitus. Iuſſi ergo diſcubuimus, & guſtatione mirifica initiati, vino etiam falerno inundamur, excepti etiam pluribus ferculis cùm laberemur in ſomnũ, Itáne eſt; inquit Quartilla, etiam dormire vobis in mente eſt, cùm ſciatis Priapi genio peruigilium deberi? Cùm Aſcyltos grauatus tot malis in ſomnum laberetur, illa, quæ iniuria depulſa fuerat, ancilla totam faciem eius fuligine longa perfricuit, & non ſentientis labra humeróſque ſopitionibus pinxit. Iam ego etiam tot malis fatigatus minimum veluti guſtum hauſeram ſomni; idem, & tota intra foríſque familia fecerat: atque alij circa pedes diſcumbentium ſparſi iacebant, alij parietibus appliciti, quidam in ipſo limine coniunctis marcebant capitibus: lucernæ quoque

humore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

humore defectæ, tenue & extremum lumen ſpargebant, cũ duo Syri expilaturi lagenam triclinium intrauerunt: dúmque inter argentum auidiùs rixantur, diductam fregerunt lagenam. cecidit etiam menſa cum argento, & ancillæ ſuper thorum marcentis excuſſum fortè altiùs poculum, caput fregit. ad quem ictum exclamauit illa, pariterque & fures prodidit, & partem ebriorum excitauit. Syri illi qui venerant ad prædam, poſtquàm ſe depræhenſos intellexerunt, pariter ſecũdùm lectum conciderunt, vt putares hoc conueniſſe, & ſtertere tanquàm olim dormientes cœperunt. Iam & Tricliniarches experrectus, lucernis occidentibus oleum infuderat, & pueri deterſis pauliſper oculis redierant ad miniſterium; cum intrans cymbaliſtria & concrepans æra, omnes excitauit. Refectum igitur eſt conuiuium, & rurſus Quartilla ad bibendum reuocauit. adiuuit hilaritatem comeſſantis cymbaliſtria. ** Intrat cynædus homo omnium inſulſiſſimus, & planè illa domo dignus, qui vt infractis manibus congemuit, eiuſmodi carmina effudit:

Huc huc conuenite nunc ſpatalocynædi,
Pede tendite, curſum addite, conuolate planta,
Femore facili, clune agili, & manu procaces,
Molles, veteres, Deliaci manu recisi.

Comſumptis verſibus ſuis, immundiſſimo me baſio conſpuit: mox & ſuper lectum venit, atque omni vi detexit recuſantes. Super

ingui-

inguina mea diu multúmque fruſtra moluit. Perfluebant per frontem ſudantis acaciæ riui, & inter rugas malarum tantum erat cretæ, vt putares detectum parietem nimbo laborare. Non tenui ego diutiùs lacrymas: ſed ad vltimam perductus triſtitiam, Quæſo, inquam, domina, certè Embaſicœtam iuſſeras dari. Complosit illa teneriùs manus: &, O, inquit, hominem acutum, atque vrbanitatis vernulæ fontem! Quid, tu non intellexeras cynædum Embaſicœtam vocari? Deinde vt contubernali meo meliùs ſuccederet, Per fidem, inquam, noſtram Aſcyltos in hoc triclinio ſolus ferias agit; Ita, inquit Quartilla, & Aſcylto Embaſicœtas detur. Ab hac voce equum cynædus mutauit, tranſitúque ad comitem meum facto, clunibus eum baſiíſque diſtruit. Stabat inter hæc Gyton, & riſu diſſoluebat ilia ſua. Itaque conſpicata eum Quartilla, cuius eſſet puer, diligentiſſima ſciſcitatione quæſiuit. Cùm ego fratrem meum eſſe dixiſſem, Quare ergo, inquit, me non baſiauit; vocatúmque ad ſe in oſculum applicuit: mox manum demiſit in ſinum; & pertractato vaſculo tam rudi, Hoc, inquit, bellè cras in promulſide libidinis noſtræ militabit: hodiè enim poſt aſellum, diaria non ſumo. Cùm hoc diceret, ad aurem eius Pſyche ridens acceſſit, & cùm dixiſſet neſcio quid, Ita, ita, inquit Quartilla, bene admonuiſti: cur non, quia belliſſima occaſio

eſt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

eſt, deuirginetur Pannichis noſtra; Continuóque producta eſt puella ſatis bella, & quæ non plus quàm ſeptem annos habere videbatur, & ea ipſa quæ primùm cũ Quartilla in cellam venerat noſtram. Plaudentibus ergo vniuerſis, & poſtulantibus, nuptias fecerunt. Obſtupui ego, & nec Gytona verecundiſſimum puerum ſufficere huic petulantiæ affirmaui, nec puellam eius ætatis eſſe, vt muliebris patientiæ legem poſſet accipere. Ita; inquit Quartilla; minor eſt iſta quàm ego fui, cùm primùm virum paſſa ſum; Iunonem meam iratam habeam, ſi vnquàm me meminerim virginem fuiſſe. Nam & infans cum paribus inquinata ſum, & ſubinde prodeuntibus annis, maioribus me pueris adplicui, donec ad hanc ætatem perueni. Hinc etiam puto prouerbium natum illud, vt dicatur, Poſſe taurum tollere quæ vitulum ſuſtulerit. Igitur ne maiorem iniuriam in ſecreto frater acciperet, conſurrexi ad officium nuptiale. Iam Pſyche puellæ caput inuoluerat flammeo, iam Embaſicœtas præferebat facem, iam ebriæ mulieres longum agmen plaudentes fecerant, thalamúmque inceſta exornauerant veſte: Tum Quartilla iocantium quoque libidine accenſa, & ipſa ſurrexit, correptúmque Gytona in cubiculum traxit. Sine dubio non repugnauerat puer, ac ne puella quidem triſtis expauerat nuptiarum nomen. Itaque, cùm

incluſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

incluſi iacerent, conſedimus ante limen thalami, & inprimis Quartilla per rimam improbè diductam applicuerat oculum curioſum, luſúmque puerilem libidinoſa ſpeculabatur diligentia. Me quoque ad idem ſpectaculum lenta manu traxit, & quia conſiderantium hæſerant vultus, quicquid à ſpectaculo vacabat, commouebat obiter labra, & me tanquàm furtiuis ſubinde oſculis verberabat. *

Abiecti in lectis ſine metu reliquam exegimus noctem. * * *

Videmus ſenem caluum tunica veſtitum ruſſea, inter pueros capillatos ludentem pila. Nec tam pueri nos, quanquàm erat operæ pretium, ad ſpectaculum duxerant, quàm ipſe paterfamiliæ, qui ſoleatus pila ſparſina exercebatur; nec eam ampliùs repetebat quæ terram cõtigerat, ſed follem plenum habebat ſeruus, ſufficiebátque ludentibus. Notauimus etiam res nouas. Nam duo ſpadones in diuerſa parte circuli ſtabant, quorum alter matellam tenebat argenteam: alter numerabat pilas, non quidem eas, quæ inter manus luxu expellente vibrabant, ſed eas quæ in terram decidebant. Cùm has miraremur lautitias, Trimalcio lautiſſimus homo digitos concrepuit, ad quod ſignum matellam ſpado ludenti ſuppoſuit. Exonerata ille veſica, aquam popoſcit ad manus digitóſque paululum aſperſos, in capite pueri terſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſit. Longum erat ſingula excipere. Itaque intrauimus balneum, & ſudore calefacti momento temporis ad frigidam eximus. Iam Trimalcio vnguento perfuſus tergebatur, non linteis, ſed palliis ex molliſſima lana factis. Tres interim iatraliptæ in conſpectu eius falernum bibebāt. Hinc, inuolutus coccina gauſapa, lecticæ impoſitus eſt, præcedentibus faleratis curſoribus IIII. & chiramaxio, in quo deliciæ eius ferebantur. puer vetulus, lippus, domino Trimalcione deformior. Cùm ergo afferretur ad caput eius, cum minimis ſymphoniacis tibiis acceſſit, & tanquàm in aurem aliquid ſecretò diceret, toto itinere cantauit. Sequimur nos iam admiratione ſaturi, & cum Agamemnone ad ianuam peruenimus. In aditu ipſo ſtabat hoſtiarius praſinatus, ceraſino ſuccinctus cingulo, atque in lance argentea ipſum purgabat. Super limen autem cauea pendebat aurea, in qua pica varia intrantes ſalutabat. Cæterùm ego dum omnia ſtupeo, penè reſupinatus crura mea fregi. ad ſiniſtram enim intrantibus non longè ab hoſtiarij cella, canis ingens catena vinctus, in pariete erat pictus, ſupérque quadrata litera ſcriptum, CAVE. CAVE. CANEM. Et collegæ quidem mei riſerunt. Ego autem collecto ſpiritu, non deſtiti totum parietem perſequi. Erat autem venalitium titulis pictum & ipſe Trimalcio capillatus caduceum tenebat,

bat, Minueráque ducente * tenia intrabat. Hinc quemadmodum ratiocinari didiciſſet, dein diſpenſator factus eſſet omnia diligenter curioſus pictor cum inſcriptione reddiderat. In deficiente verò iam porticu leuatum mento in tribunal excelſum Mercurius capiebat. Præſtò erat Fortuna cornu abundanti copioſa, & tres Parcæ aurea penſa torquentes. Notaui etiam in porticu gregem curſorum cum magiſtro ſe exercentem. Prętereà grande armarium in angulo vidi, in cuius ædicula erant Lares argentei poſiti, Veneríſque ſignum marmoreum, & pixis aurea non puſilla, in qua barbam ipſius conditam eſſe dicebant. Interrogare ego atrienſem cœpi, quas in * medica picturas haberent. Iliada, & Odyſſeam, inquit. Iam ad triclinium veneramus. in cuius parte prima procurator rationes accipiebat: & , quod præcipuè miratus ſum, in poſtibus triclinij faſces erant cum ſecuribus fixi, quorum imam partem quaſi embolum nauis æneum finiebat, in quo erat ſcriptum, G. POMPEIO. TRIMALCIONI. VI. VIRO. AVGVSTALI. CINNAMVS. DISPENSATOR. Sub eodem titulo, etiam lucerna bilychnis de camera pendebat, & duæ tabulæ in vtroque poſte defixæ, quarum altera, ſi bene memini, hoc habebat inſcriptum:

III. ET PRIDIE KAL. IAN.
G. NOSTER FORAS CENAT.

altera

altera Lunæ curſum ſtellarúmque VII. imagines pictas, & qui dies boni, quíque incommodi eſſent diſtinguente bulla notabantur. Cæterùm vt mouimus dextros greſſus, ſeruus nobis diſpoliatus procubuit ante pedes, & rogare cœpit vt ſe pœnæ eriperemus: nec magnum eſſe peccatum ſuũ, propter quod periclitaretur. Subducta enim veſtimenta ſibi diſpenſatoris in balneo, quæ vix fuiſſent X. H S. Retulimus ergo dextros pedes, diſpenſatorémque in precario aureos numerãtem deprecati ſumus ſeruo remitteret pœnam. Superbus ille ſuſtulit vultum:&, Non tam iactura me mouet, inquit, quàm negligentia nequiſſimi ſerui. Veſtiména mea cubitoria perdidit, quæ mihi natali meo donauerat cliens quidam, Tyria, ſine dubio, ſed iam ſemel lota. quicquid ergo eſt dono vobis. Obligati tam grandi beneficio cùm intraſſemus triclinium, occurrit nobis ille idem ſeruus pro quo rogaueramus, & ſpiſſiſſima baſia ſtupentibus impegit, gratias agens humanitati noſtræ. Ad ſummam, ſtatim ſcietis, ait, cui dederitis beneficium. Vinum dominicum miniſtratoris gratia eſt. Tandem ergo diſcubuimus pueris Alexandrinis aquam in manus niuatam infundentibus, aliíſque inſequentibus ad pedes, ac paronychia cum ingẽti ſubtilitate tollentibus. Ac ne in hoc quidem tam moleſto tacebant officio, ſed obiter cantabant. Ego experiri

volui,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

volui, an tota familia cantaret. Itaque potionem poposci; paratiſſimus puer, non minùs me acido cantico excepit: & quiſquis aliquid rogatus erat vt daret, pantomimorum non patrisfamiliæ triclinium crederes. Allata eſt tum guſtatio valdè lauta. Nam iam omnes diſcubuerant præter ipſum Trimalcionem, cui locus nouo more primus ſeruabatur. Cæterùm in promulſidari aſellus erat Corinthius cum biſaccio poſitus, qui habebat oliuas in altera parte albas, in altera nigras. Tegebant aſellum duæ lances, in quarum marginibus nomen Trimalcionis inſcriptum erat,& argenti pondus. Ponticuli etiam ferruminati, ſuſtinebant glires melle & papauere ſparſos, fuerunt & tomacula ſupra craticulam feruentia argenteam poſita: infra craticulam, Siriaca pruna cum granis punici mali. In his eramus lautitiis, cùm ipſe Trimalcio ad ſymphoniam allatus eſt, poſitúſque in ceruicalia minutiſſima expreſſit imprudentibus riſum. Pallio enim coccino adraſum incluſerat caput, circáque oneratas veſte ceruices laticlauiã immiſerat mappam, fimbriis hinc atque illinc pendentibus. habebat etiam in minimo digito ſiniſtræ manus annulum grandem ſubauratum, extremo verò articulo digiti ſequentis minorem, vt mihi videbatur, totum aureum, ſed planè ferreis velut ſtellis ferruminatum. Et ne has tantùm oſtenderet diuitias, dextrum nudauit la

uit la

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

uit lacertum armilla aurea cultum, & eboreo circulo lamina ſplendente conuexum. Vt deinde ſpina argentea dentes perfodit, Amici, inquit, nondum mihi ſuaue erat in triclinium venire, ſed ne abſentiuus eſſem, omnem voluptatem mihi negaui. Permittitis tamen finiri luſum. Sequebatur puer cum tabula terebintina & cryſtallinis teſſeris, notauique rem omnium delicatiſſimam. Pro calculis enim albis, aut nigris, aureos argenteóſque habebat denarios. Interim dum ille omnium * teſtorum inter luſum conſumit, guſtantibus adhuc nobis repoſitorium allatum eſt cum corbe, in qua gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales eſſe ſolent quæ incumbunt oua. Acceſſère continuò duo ſerui, & ſymphonia ſtrepente ſcrutari paleam cœperunt, erutáque ſubinde pauonina oua diuiſère conuiuis. Conuertit ad hanc cœnam vultum Trimalcio: &, Amici, ait, pauonis oua gallinæ iuſſi ſupponi. Et mehercules timeo ne iam concepta ſint: temptemus tamen ſi adhuc ſorbilia ſunt. Accipimus nos cochlearia, non minùs ſex libras pendentia, ouáque ex farina pingui figurata pertundimus. Ego quidem penè proieci partem meam: nam videbatur mihi iam in pullum coiſſe. Deinde vt audiui veterem conuiuam, Hic neſcio quid boni debet eſſe perſecutus putamen manu, pinguiſſimam ficedulam inueni piperato vitellio piperatam. Iam

Trimalcio eadem omnia luſu intermiſſo popoſcerat feceratque poteſtatem clara voce, ſi quis noſtrum iterum vellet, mulſum ſumere: cùm ſubitò ſignum ſymphonia datur, & guſtatoria pariter à choro cantante rapiuntur. Cæterùm inter tumultum, cùm fortè parapſis excidiſſet, & puer iacentem ſuſtuliſſet, animaduertit Trimalcio, colaphiſque obiurgare puerum ac proiicere rurſus parapſidem iuſſit. Inſecutúſque eſt lecticarius, argentúmque inter reliqua purgamenta ſcopis cœpit verrere. Laudatus propter elegantias dominus, Equum, inquit, Mars amat: itaque iuſſit ſenex ſuam cuique menſam aſſignari. * obit ei perdidiſſimi ſerui minorem nobis æſtum ſua frequentia facient. Statim allatæ ſunt amphoræ vitreæ diligenter gipſatæ, quarum in ceruicibus pittacia erant affixa, cùm hoc titulo, FALERNVM. OPIMIANVM. ANNORVM CENTVM. Dum titulos perlegimus, comploſit Trimalcio manus, &, Heu, inquit, ergo diutius viuit! verum eſt vinum Opimianum præſtò; heri non tam bonum poſui, & multò honeſtiores cœnabant. Potantibus ergo & accuratiſſimè nobis lautitias mirantibus, laruam argenteam attulit ſeruus ſic aptam, vt articuli eius vertebræque locatæ in omnem partem flecterentur. Hanc cùm ſuper menſam ſemel iterumq; abieciſſet, & catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret, Trimalcio adiecit,

Heu

Heu, heu nos miſeros, quàm totus homũcio nil eſt!
Sic erimus cuncti poſtquàm nos auferet Orcus.
Ergo viuamus, dum licet eſſe bene.

Laudationem ferculum inſecutum eſt, planè non pro expectatione magnum. Nouitas tamen omnium conuertit oculos. Repoſitorium enim rotundum, xij. habebat ſigna in orbe diſpoſita, ſupérque proprium conuenientémque materiæ ſtructor impoſuerat cibum; ſuper arietem, cicer arietinum: ſuper taurum, bubale fruſtum: ſuper geminos, teſticulos, ac rienes: ſuper cancrum, coronam: ſuper leonem, ficum Africanam: ſuper virginem, ſtericulam: ſuper libram, ſtateram, in cuius altera parte ſcriblita erat, in altera placenta: ſuper ſagittarium, odopetam: ſuper capricornum, locuſtam marinam: ſuper aquarium, anſerem: ſuper piſces, duos mũlos. In medio autem ceſpes cum herbis excisus fauum ſuſtinebat. Circumferebat Ægyptius puer clibano argenteo panem, atque ipſe etiam teterrima voce de Laſerpiciario minio* cãticum extorquet. Nos vt triſtiores ad tam viles acceſſimus cibos, Suadeo, inquit Trimalcio, cœnemus, hoc eſt ius cœnæ. Hæc vt dixit, ad ſymphoniam IIII. tripudiantes procurrerunt, ſuperiorémque partem repoſitorij abſtulerunt, quo facto videmus infrà, ſcilicet in altero ferculo, altilia & ſumina, leporémque in medio pennis ſubornatum, vt Pegaſus videretur. Notauimus etiam circa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

angulos repoſitorij Marſyas IIII. ex quorum vtriculis garum piperatum currebat ſuper piſces qui in Euripo natabant. Damus omnes plauſum à familia cœptum, & res electiſſimas ridentes adgredimur. Nō minùs & Trimalcio eiuſmodi methodio lætus, Carpe, inquit. Proceſſit ſtatim ſciſſor, & ad ſymphoniam ita geſticulatus lacerauit obſonium, vt putares Darium hydraule cantante pugnare. Ingerebat nihilominùs Trimalcio lentiſſima voce, Carpe. Ego ſuſpicatus ad aliquam vrbanitatem toties iteratam vocem pertinere, non erubui eum qui ſupra me accumbebat, hoc ipſum interrogare. at ille qui ſæpiùs eiuſmodi ludos ſpectauerat, Vides, inquit, illum qui obſonium carpit; Carpus vocatur. itaque quotieſcumque dicit, Carpe, eodem verbo & vocat, & imperat. Non potui ampliùs quicquam guſtare; ſed conuerſus ad eū vt plurima exciperem, longè arceſſere fabulas cœpi, ſciſcitaríque quæ eſſet illa mulier quę huc atque illuc diſcurreret. Vxor, inquit Trimalcionis, Fortunata appellatur, quæ nūmos modio metitur. Et modò quid fuit, Ignoſcet mihi Genius tuus, noluiſſes de manu eius panem accipere. Nunc nec quid, nec quare, in cœlū abiit, & Trimalcionis Topanta eſt. ad ſummā, mero meridie ſi dixerit illi tenebras eſſe, credet. * * *

Comprobamus factum, varióque ſermone garrimus, & Poëtarum cœpit eſſe mentio,

diúque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

diúque ſumma carminis penes Mopſum Thracem memorata eſt: donec Trimalcio, Rogo,inquit, Magiſter, quid putes inter Ciceronem, & Publium intereſſe. Ego alterum puto diſertiorem fuiſſe, alterum honeſtiorem. Quid enim his meliùs dici poteſt? *

Luxuriæ rictu Martis marcent mœnia,
Tuo palato clauſus pauo naſcitur,
Plumato amictus aureo Babylonico:
Gallina tibi Numidica, tibi Gallus ſpali:
Ciconia etiam grata, peregrina hoſpita,
Pietati cultrix, gracilipes, crotaliſtria,
Auis exul hyemis, titulus tepidi temporis,
Nequitiæ nidum in cacabo fecit meo.
Quo margarita chara tribacca Indica?
An vt matrona onerata faleris pelagiis
Tollat pedes indomita in ſtrato extraneo?
Smaragdũ ad quẽ rẽ viridem, pretioſum vitrũ?
Quo Carchedonios optas ignes lapideos,
Niſi vt ſcintillet? probitas eſt carbunculos:
Aequum eſt induere nuptam ventum textilẽ?
Palàm proſtare nudam in nebula linea?

*** Neque fax vlla in pręſidio erat, quę iter aperiret errantibus, nec ſilentium noctis iam mediæ promittebat occurrentium lumen. Accedebat huc ebrietas & imprudentia locorum, etiam interdiu obſcura. Itaque cùm hora penè tota, per omnes ſcriptos * gaſtrarúmque eminentium fragmenta traxiſſemus cruentos pedes, tandem expliciti acumine Gytonis ſumus. Prudens enim pridie cùm lu-

ec etiam clara timeret errorem, omnes pilas columnáſq; notauerat, certáq; liniamenta enicerunt ſpiſſiſſimam noctē,& notabili candore oſtenderunt errantibus viam. Quamuis non minùs ſudoris habuimus etiā poſtquàm ad ſtabulum peruenimus. Anus enim ipſa inter diuerſitores diutiùs ingurgitata,ne ignem quidem admotum ſenſiſſet, & forſitan pernoctaſſemus in limine,ni tabellarius Trimalcionis inueniſſet x. vehiculis diues. Non diu ergo tumultuatus ſtabuli ianuam effregit, & nos per eandem terram admiſit. * * * *

Qualis nox fuit illa dij deæq́;
Quam mollis toris hæſimus calentes.
Et transfudimus hinc & hinc labellis
Errantes animas, valete curæ:
Mortalis ego ſi perire cœpi.

Sine cauſa gratulor mihi. Nam cùm ſolutus mero amiſiſſem ebrias manus, Aſcyltos omnis iniuriæ inuentor ſubduxit mihi nocte puerum, & in lectum tranſtulit ſuum, volutatúſque liberiùs cum fratre non ſuo: ſiue non ſentiente iniuriam, ſiue diſſimulante, indormiuit alienis amplexibus oblitus iuris humani. Itaque ego vt experrectus pertrectaui gaudio diſpoliatum thorum, ſi qua eſt amantibus fides, ego dubitaui an vtrunque traiicerem gladio, ſomnúmq; morti iungerem. Tutius demum ſecutus conſilium, Gytona quidem verberibus excitaui: Aſcylton autem truci intuens vultu: Quoniā, inquam,

fidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

fidem ſcelere violaſti, & communem amicitiam, res tuas ocyùs tolle, & alium locum quem polluas, quære. Non repugnauit ille, ſed poſtquàm optima fide partiti manubias ſumus: Age, inquit, nunc & puerum diuidamus. Iocari putabam diſcedẽtem: at ille gladium parricidali manu ſtrinxit, &, Non frueris, inquit, hac præda, ſuper quam ſolus incumbis. Partem meam neceſſe eſt vel hoc gladio contentus abſcindam. Idem ego ex altera parte feci, & intorto circa brachium pallio compoſui ad præliandum gradum. Inter hanc miſerorũ dementiam infeliciſſimus puer tangebat vtriuſq; genua cum fletu, petebátq; ſuppliciter, ne Thebanum par humilis taberna ſpectaret; néve ſanguine mutuo pollueremus familiaritatis clariſſimæ ſacra. Quòd ſi vtique, proclamabat, facinore opus eſt, nudo ecce iugulũ, conuertite huc manus, imprimite mucrones; ego mori debeo, qui amicitiæ ſacramentum deleui. Inhibuimus ferrum poſt has preces, & prior Aſcyltos, Ego, inquit, finem diſcordiæ imponam. Puer ipſe quem vult, ſequatur, vt ſit illi ſaltem in eligendo fratre ſalua libertas. Ego vetuſtiſſimam conſuetudinem putabam in ſanguinis pignus tranſiiſſe; nihil timui, imò conditionem præcipiti feſtinatione rapui, commiſique iudici litem? qui ne deliberauit quidem vt videretur cũctatus, verùm ſtatim ab extrema parte verbi conſurrexit, fratrem Aſcyl-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ton elegit. Fulminatus hac pronunciatione, ſicut eram ſine gladio, in lectulum decidi, & attuliſſem mihi damnatus manus, ſi non inimici victoriæ inuidiſſem. Egreditur ſuperbus cum præmio Aſcyltos, & paulò ante chariſſimum ſibi commilitorem, fortunæque etiam ſimilitudine parem in loco peregrino deſtituit abiectum.

Nomen amicitiæ, ſi, quatenus expedit, hæret,
Calculus in tabula mobile ducit opus.
Cùm fortuna manet, vultum ſeruatis amici:
Cùm cecidit, turpi vertitis ora fuga.
Grex agit in ſcena mimum, pater ille vocatur,
Filius hic, nomen diuitis ille tenet:
Mox vbi ridendas incluſit pagina partes,
Vera redit facies, diſſimulata perit.

Nec diu tamen lacrymis indulſi, ſed veritus ne Menelaus etiam anteſcholanus inter cætera mala ſolum me in diuerſorio inueniret, collegi ſarcinulas, locúmque ſecretum & proximum litori mœſtus conduxi. Ibi triduo incluſus redeunte in animum ſolitudine atque contemptu, verberabã ægrũ planctibus pectus, & inter tot altiſſimos gemitus frequenter etiã proclamabã: Ergo me nõ ruina terra potuit haurire? non iratũ etiam innocẽtibus mare? Aufugi iudicium, arenæ impoſui, hoſpitẽ occidi, vt inter audaciæ nomina mẽdicus, exul, in diuerſorio Græcę vrbis iacerẽ deſertus? Et quis hanc mihi ſolitudinem impoſuit? Adoleſcẽs omni libidine impurus,

& ſua

& ſua quoque confeſſione dignus exilio: ſtupro liber, ſtupro ingenuus, cuius anni ad teſſeram venerũt, quem tanquàm puellam cõduxit etiam qui virum putauit. Quid ille alter * die qui tanquàm togæ virilis ſtolam ſumpſit, qui ne vir eſſet à matre perſuaſus eſt, qui opus muliebre in ergaſtulo fecit, qui poſtquàm conturbauit, & libidinis ſuæ ſolum vertit, reliquit veteris amicitiæ nomen, &, proh pudor, tanquàm mulier ſecutuleia, vnius noctis tactu omnia vendidit. Iacent nunc amatores obligati noctibus totis, & forſitan mutuis libidinibus attriti derident ſolitudinem meam. ſed non impunè, nam aut vir ego libérque non ſum, aut noxio ſanguine parentabo iniuriæ meæ. Hæc locutus gladio latus cingor, &, ne infirmitas militiã perderet, cibis excito vires; mox in publicum proſilio, furentíſque more omnes circumeo porticus. Sed dum attonito vultu efferatóque nil aliud quàm cædem & ſanguinem cogito, frequentiúſque manum ad capulum quem deuoueram, refero; notauit me miles, ſiue ille planus fuit, ſiue nocturnus graſſator: &, Quid tu inquit, commilito, ex qua legione es, aut cuius centuriæ; Cùm conſtantiſſimè & centurionem, & legionem eſſem ementitus: Age ergo, inquit ille, in exercitu veſtro phocaſiati milites ambulant? Cùm deinde vultu atque ipſa trepidatione mendacium prodidiſſem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ponere iuſſit arma, & malo cauere. Deſpoliatus ergo, immò præciſa vltione, retro ad diuerſorium tendo, paulatímque temeritate laſſata cœpi graſſatoris audaciæ gratias agere.

*

Non bibit inter aquas, poma aut pendentia carpit
Tantalus infelix, quem ſua vota premunt.
Diuitis hæc magni facies erit omnia cernens
Qui timet & ſicco concoquit ore famem.

* *

Nequaquàm rectè faciet qui citò credit.

*

Nemo cælum putat, nemo iuſiurandum ſeruat, nemo Iouem pluris facit: ſed omnes opertis oculis bona ſua computant. *

Quod hodie non eſt, cras erit: ſic vita truditur.

*

Quod non expectas ex tranſuerſo fit, & ſuper nos fortuna negotium curat. *

Apes ideo pungunt, quia vbicunque dulce eſt, ibi & acidum inuenies. * *

Semper hac in re qui vincitur, vincit.

*

Nemo noſtrûm non peccat, homines ſumus, non dij. *

Non multùm oportet conſilio credere, quia ſuam habet fortuna rationem. * * *

In pinacothecam perueni vario genere tabularum mirabilem, nam & Zeuxidos manus vidi nondum vetuſtatis iniuria victas, &

Pro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Protogenis rudimenta cum ipſius naturæ veritate certantia, non ſine quodam horrore tractaui. Iam verò Apellis, quem Græci monocremon appellant, etiam adoraui. Tanta enim ſubtilitate extremitates imaginũ erant ad ſimilitudinem præciſæ, vt crederes etiam animorum eſſe picturam. Hinc aquila ferebat cœlo ſublimis deum. Illinc candidus Hylas repellebat improbam Naiada. Damnabat Apollo noxias manus, lyrámque reſolutam modo nato flore honorabat. Inter quos etiam pictorum amantium vultus tanquàm in ſolitudine exclamaui, Ergo amor etiam deos tangit? Iuppiter in cœlo ſuo non inuenit quod eligeret, & peccaturus in terris, nemini tamen iniuriam fecit. Hylam Nympha prædata, imperaſſet amori ſuo, ſi venturum ad interdictum Herculem crediſſet. Apollo pueri vmbram reuocauit in florem, & hos fabulæ quoque habuerunt ſine æmulo complexus. At ego in ſocietatem recepi hoſpitem Lycurgo crudeliorem. Ecce autem, ego dum cum ventis litigo, intrauit pinacothecam ſenex canus, exercitati vultus, & qui videretur neſcio quid magnum promittere, ſed cultu non proinde ſpecioſus, vt facilè appareret eum hac nota literarum eſſe, quos odiſſe diuites ſolent. Is ergo ad latus conſtitit meum: Ego, inquit, Poëta ſum, &, vt ſpero, non humillimi ſpiritus, ſi modò coronis aliquid credendum eſt,

quas etiam ad imperios deferre gratia ſolet, Quare ergo, inquis, tam malè veſtitus es? Propter hoc ipſum: amor ingenii neminem vmquàm diuitem fecit.

Qui pelago credit, magno ſe fœnore tollit,
Qui pugnas & caſtra petit, præcingitur auro,
Vilis adulator picto iacet ebrius oſtro,
Et qui ſollicitat nuptas ad præmia peccat:
Sola pruinoſis horret facundia pannis,
Atque inopi lingua deſertas inuocat artes.

Non dubio ita eſt, ſi quis vitiorum omnium inimicus, rectum iter vitæ cœpit inſpicere, primum propter morũ differentiam odium habet (quis enim poteſt probare diuerſa?) deinde, qui ſolas exſtruere diuitias curant, nihil volunt inter homines meliùs credi, quàm quod ipſi tenent. Iactantur itaque, quacunque ratione poſſunt, literarum amatores, vt videantur illi quoque infra pecuniam poſiti. * Neſcio quo modo bonæ mentis ſoror eſt paupertas.

Vellem tam innocens eſſet frugalitatis meæ hoſtis, vt deliniri poſſet. Nunc veteranus eſt latro, & ipſis lenonibus doctior. *

In Aſiam cùm à Quæſtore eſſem ſtipendio eductus, hoſpitiũ Pergami accepi: vbi cùm libenter habitarẽ, non ſolùm propter cultum ędicularũ, ſed etiam propter hoſpitis formoſiſſimum filiũ, excogitaui rationem, qua non eſſem patrifamiliæ ſuſpectus amator. Quotieſcunq. enim in conuiuio de vſu formoſo-

rum

rum mẽtio facta eſt,tam vehementer excandui, tã ſeuera triſtitia violari aures meas obſcœno ſermone nolui,vt me mater pręcipuè, tanquã vnũ ex Philoſophis, intueretur. Iam ego cœperam ephœbũ in gymnaſium deducere: ego ſtudia eius ordinare, ego docere,ac pręcipere, ne quis prædator corporis admitteretur in domum.* Fortè cùm in triclinio iaceremus, quia dies ſolemnis ludũ arctauerat,pigritiámq; recedendi impoſuerat hilaritas longior, ferè circa mediã noctem intellexi puerum vigilare.Itaque timidiſſimo murmure votũ feci;&, Domina, inquam, Venus, ſi ego hunc puerũ baſiauero , ita vt ille non ſentiat, cras illi par columbarũ donabo. Audito voluptatis pretio , puer ſtertere cœpit. Itaq; adgreſſus ſimulantẽ aliquot baſiolis inuaſi. Contentus hoc principio , bene manè ſurrexit, electúmque par columbarum attuli expectanti, ac me voto exſolui.Proxima nocte, cùm idem liceret, mutaui optionẽ:&, Si hunc, inquam, tractauero improba manu,& ille non ſenſerit , gallos gallinaceos pugnaciſſimos duos donabo patienti. Ad hoc votũ ephœbus vltrò ſe admouit , & puto, vereri cœpit ne ego obdormiiſſem. Indulſi ergo ſollicito,totóque corpore citra ſummam voluptatem me ingurgitaui. Deinde , vt dies venit, attuli gaudenti quicquid promiſeram. Vt tertia nox licentiam dedit, conſurrexi ad aurem malè dormientis: Dij , inquam , im-

mortales,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

mortales, ſi ego huic dormienti abſtulero coitum plenũ & optabilem, pro hac felicitate cras puero aſturconem Macedonicũ optimũ donabo, cum hac tamen exceptione, ſi ille non ſenſerit. Nunquàm altiore ſomno ephœbus obdormiuit. Itaq; primùm impleui lactẽtibus papillis manus, mox baſio inhæſi, deinde in vnũ omnia vota coniunxi. Manè ſedere in cubiculo cœpit, atque expectare conſuetudinẽ meam. Scis quantò facilius ſit, colũbas gallóſque gallinaceos emere, quàm aſturconem: & præter hoc etiam timebam ne tam grande munus ſuſpectam faceret humanitatem meã. Ergo aliquot horis ſpatiatus, in hoſpitiũ reuerti. nihílque aliud quàm puerum baſiaui. At ille circumſpiciens, vt ceruicem meam iunxit amplexui, Rogo, inquit, domine, vbi eſt aſturco? * Cùm ob hanc offenſam præcluſiſſem mihi aditum quem feceram, iterum ad licentiam redij. Interpoſitis enim paucis diebus, cùm ſimilis nos caſus in eandem fortunam retuliſſet, vt intellexi ſtertere patrem, rogare cœpi ephœbũ, vt reuerteretur in gratiam mecum, id eſt, vt pateretur ſatis fieri ſibi, & cætera quæ libido diſtenta dictat. At ille planè iratus, nihil aliud dicebat, niſi hoc, Aut dormi, aut ego iam dicam patri. Nihil eſt tã arduũ, quod non improbitas extorqueat. Dum dicit, Patrem excitabo, irrepſi tamen, & malè repugnanti gaudium extorſi. At ille non in-

dele

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

delectatus nequitia mea, poſtquàm diu queſtus eſt deceptum ſe & deriſum, traductúmq; inter condiſcipulos, quibus iactaſſet ſenſum meũ, Videris tamen, inquit, non ero tui ſimilis. Si quid vis, fac iterum. Ego verò, depoſita omni offenſa, cum puero in gratiam redij, vſúſque beneficio eius in ſomnum delapſus ſum. Sed non fuit cõtentus iteratione ephœbus plenæ maturitatis, & annis ad patiendum geſtientibus. Itaque excitauit me ſopitum: Et, Nunquid vis? inquit. Et non planè iam moleſtum erat munus. Vtcunque igitur inter anhelitus ſudoréſque tritus, quod voluerat, accepit. rurſúſque in ſomnum decidi gaudio laſſus. Interpoſita minùs hora, pungere me manu cœpit, & dicere, Quare non facimus? Tum ego totiens excitatus, planè vehementer excandui, & reddidi illi voces ſuas. Aut dormi, aut ego iam patri dicam. * Erectus his ſermonibus, conſulere prudentiorem cœpi, ætates tabularum, & quædam argumenta mihi obſcura, ſimúlque cauſam deſidiæ præſentis excutere, cùm pulcherrimæ artes periiſſent, inter quas pictura ne minimum quidem ſui veſtigium reliquiſſet. Tum ille, Pecuniæ, inquit, cupiditas hæc tropica inſtituit: priſcis enim temporibus, cùm adhuc nuda virtus placeret, vigebant artes ingenuæ, ſummumque certamen inter homines erat, ne quid profuturum ſeculis diu lateret. Itaque * her-

cula

cula omniũ herbarũ ſuccos Democritus ex-
preſſit: & ne lapidum virgultorumq; vis late-
ret, ætatem inter experimenta conſumpſit.
Eudoxus quidem in cacumine excelſiſſimi
mõtis cõſcendit, vt aſtrorum cœlíque motus,
deprehenderet:& Chryſippus, vt ad inuētio-
nem ſufficeret, ter helleboro animũ deterſit.
Verùm, vt ad plaſtas cõuertar, Lyſippum ſta-
tuæ vnius lineamētis inhærentem inopia ex-
ſtinxit:& Myron, qui penè hominũ animas,
ferarũque ære comprehenderat, non inuenit
heredē. At nos vino ſcortíſque demerſi, ne
paratas quidem artes audemus cognoſcere:
ſed accuſatores antiquitatis, vitia tãtùm do-
cemus,& diſcimus. Vbi eſt dialectica; vbi a- 1
ſtronomia? vbi ſapientiæ conſultiſſima via?
quis vnquã venit in templũ,& votum fecit,ſi
ad eloquentiam perueniſſet? quis,ſi Philoſo-
phiæ fontem inueniſſet? ac ne bonã quidem
mentē, aut bonam valetudinē petunt,ſed ſta- 2
tim, antequã limen Capitolij tangant, alius
donum promittit, ſi propinquũ diuitem ex-
tulerit:alius, ſi theſaurum effoderit: alius, ſi
ad trecenteis H-S. ſaluus peruenerit.Ipſe Se-
natus, recti boníque præceptor, mille pondo 2
auri Capitolio promittere ſolet: & ne quis
dubitet pecuniã concupiſcere, Iouem quo-
que peculio exorat. Noli ergo mirari, ſi pi-
ctura defecit, cùm omnibus diis hominibúſ-
que formoſior videatur maſſa auri, quàm 3
quicquid Apelles Phidiáſve, Græculi deli-
rantes,

rantes, fecerunt. Sed video totum te in illa hærere tabula, quæ Troiæ haloſin oſtendit: itaque conabor opus verſibus pandere.

Iam decuma mœſtos inter ancipites metus
Phrygias obſidebat meſſis, & vatis, fides
Calchantis atro dubia pendebat metu:
Cùm, Delio profante, cæſi vertices
Idæ trahuntur, ſciſſáque in molem cadunt
Robora, minacem quæ figurarent equum.
Aperitur ingens antrum, & obducti ſpecus,
Qui caſtra caperent. Huc decenni prælio
Irata virtus abditur, ſtipant graues
Equi receſſus Danai, & in voto latent.
O patria! pulſas mille credidimus rates,
Solúmque bella liberum hoc titulus fero
Inciſus, hoc ad fata compoſitus Sinon
Firmabat, & mendacium in damnum potens.
Iam turba portis libera, ac bello carens
In vota properant, fletibus manant genæ,
Mentíſque pauidæ gaudium lacrymas habet,
Quas metus abegit. námque Neptuno ſacer
Crinem ſolutus omne Laocoon replet
Clamore vulgus: mox reducta cuſpide
Vterum notauit: fata ſed tardant manus,
Ictúſque reſilit, & dolis addit fidem.
Iterum tamen confirmat inualidam manum,
Aliáque bipenni latera pertemptat. fremit
Captiua pubes intus, & dum murmurat
Roborea moles ſpirat alieno metu.
Ibat iuuentus capta, dum Troiam capit,
Bellúmque totum fraude ducebat noua.

Ecce

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Ecce alia monſtra, celſa qua Tenedos mare
Dorſo repellit, tumida conſurgunt freta,
Vndáque reſultat ſciſſa tranquillo minor.
Qualis ſilenti nocte remorum ſonus
Longè refertur, cùm premunt claſſes mare,
Pulſúmque marmor abiete impoſita gemit.
Reſpicimus, angues orbibus geminis ferunt
Ad ſaxa fluctus: tumida quorum pectora,
Rates vt altæ, lateribus ſpumas agunt:
Dat cauda ſonitum: liberæ ponto iubæ
Conſentiunt luminibus, fulmineum iubar
Incendit æquor, ſibilíſque vndæ tremunt.
Stupuêre mentes, infulis ſtabant ſacri
Phrygióque cultu gemina nati pignora
Lauconte, quos repente tergoribus ligant
Angues coruſci: paruulas illi manus
Ad ora referunt: neuter auxilio ſibi,
Vterque fratri transtulit pias vices,
Mórſque ipſa miſeros mutuo perdit metu.
Accumulat ecce liberûm funus parens,
Infirmus auxiliator, inuadunt virum
Iam morte paſti, membráque ad terram trahunt.
Iacet ſacerdos inter aras victima,
Terrámque plangit. Sic profanatis ſacris
Peritura Troia perdidit primùm Deos.
Iam plena Phœbe candidum extulerat iubar,
Minora ducens aſtra radianti face,
Cùm inter ſepultos Priamidas nocte & mero
Danai relaxant clauſtra, & effundunt viros,
Temptant in armis ſe duces, ceu vbi ſolet
Nodo remiſſus Theſſali quadrupes iugo
Ceruicem, & altas quatere ad excurſum iubas.

Gladios

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Gladios retractant, commouent orbes manu,
Bellúmque ſumunt. hic graues alius mero
Obtruncat, & continuat in mortem vltimam
Somnos. ab aris alius accendit faces,
Contráque Troas inuocat Troiæ ſacra.

* Ex his qui in porticibus ſpatiabantur, lapides in Eumolpũ recitantẽ miſerunt. At ille, qui plauſum ingenij ſui nouerat, operuit caput, extráq; templum profugit. Timui ego ne me Poetam vocaret. Itaq; ſubſecutus fugientẽ ad littus perueni: &, vt primũ extra teli coniectũ licuit cõſiſtere, Rogo, inquã, quid tibi vis cũ iſto morbo? Minùs quàm duabus horis mecũ moraris, & ſæpius poëticè quàm humanè locutus es. Itaq; non miror ſi te populus lapidibus proſequitur. Ego quoq; ſinũ meũ ſaxis onerabo, vt quotieſcunq; cœperis à te exire, ſanguinẽ tibi á capite mittã. Mouit ille vultũ, &, O mi, inquit, adoleſcens, non hodie primũ auſpicatus ſum: immò quotiens theatrũ, vt recitẽ aliquid, intraui. hęc me aduẽtitia excipere frequẽtia ſolet. Cæterùm, ne & tecũ quoq; habeã rixandũ, toto die me ab hoc cibo abſtinebo. Immò, inquã ego, ſi eiuras hodiernã bilẽ, vnà cœnabimus. * mando ædicularum cuſtodi cœnulæ officium. * *
Video Gytona cum linteis & ſtrigilibus parieti applicitum, triſtem confuſúmque. ſcires non libenter ſeruire. Itaque, vt experimentum oculorum caperem, conuertit ille ſolutum gaudio vultum, & Miſerere, inquit, frater: vbi arma non ſunt, liberè loquor.

Eripe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Eripe me latroni cruento, & qualibet ſæuitia pœnitentiam iudicis tui puni. Satis magnum erit miſero ſolatium tua voluntate cecidiſſe. Supprimere ego querelam iubeo, ne quis conſilia deprehenderet: relictóque Eumolpo (nam in balneo carmen recitabat) per tenebroſum & ſordidum egreſſum extraho Gytona, raptímq; in hoſpitium meum peruolo. Præcluſis deinde foribus, inuado pectus amplexibus, & perfuſum os lacrymis vultu meo contero. Diu vocem neuter inuenit; nam puer etiam ſingultibus crebris amabile pectus quaſſauerat. O facinus, inquam, indignum quòd amo te quamuis relictus, & in hoc pectore, cùm vulnus ingens fuerit, cicatrix non eſt. Quid dicis peregrini amoris conceſſio; Dignus hac iniuria fui; Poſtquàm ſe amari ſenſit, ſupercilium altius ſuſtulit, * nec amoris arbitrium ad alium iudicem tuli. Sed nihil iam queror, nihil iam memini, ſi bona fide pœnitentiam emendas. Hæc cùm inter gemitus lacrymáſque fudiſſem, deterſit ille pallio vultum, &, Quæſo, inquit, Eucolpi, fidem memoriæ tuæ appello: Ego te reliqui, an tu prodidiſti; Equidem fateor, & præ me fero cùm duos armatos viderem, ad fortiorem confugi. Exoſculatus pectus ſapientia plenum, inieci ceruicibus manus: & vt facilè intelligeret rediiſſe me in gratiam, & optima fide reuiuiſcentem amicitiam, toto pectore adſtrinxi. Et iam plena

nox

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

nox erat, muliérque cœnæ mandata curauerat, cùm Eumolpus oſtium pulſat. Interrogo ego, Quot eſtis? obitérque per rimam foris ſpeculari diligentiſſimè cœpi, num Aſcyltos vnà veniſſet. Demum, vt ſolum hoſpitem vidi, momento recepi. Ille vt ſe in grabatum reiecit, vidítque Gytona in conſpectu miniſtrantem, mouit caput, &, Laudo, inquit, Ganymedem: oportet hodiè bene ſit. Non delectauit me tam curioſum principium, timuique ne in contubernium recepiſſem Aſcylti partem. Inſtat Eumolpus, & cùm puer illi potionem dediſſet; Malo te, inquit, quàm balneum totum: ſiccatóque auidè poculo, negat ſibi vnquàm acidius fuiſſe: Nam & dum lauor, ait, penè vapulaui, quia conatus ſum circa ſolium ſedentibus carmen recitare. At poſtquàm de balneo tanquàm de theatro eiectus ſum, circuire omnes angulos cœpi, & clara voce Eucolpium clamitare. Ex altera parte iuuenis nudus, qui veſtimenta perdiderat, non minore clamoris indignatione Gytona flagitabat. Et me quidem pueri, tanquàm inſanum, imitatione petulantiſſima deriſerunt: illum autem frequentia ingẽs circumuenit cum plauſu, & admiratione timidiſſima. habebat enim inguinum pondus tam grande, vt ipſum hominem laciniam faſcini crederes. O iuuenem laborioſum! puto illum pridie incipere, poſtero die finire. Itaque

que ſtatim inuenit auxilium. neſcio quis enim eques Romanus, vt aiebat, infamis, ſua veſte errantem circumdedit, ac domum abduxit: credo, vt tam magna fortuna ſolus vteretur. At ego ne mea quidem veſtimenta ab officioſo recepiſſem, niſi notorem dediſſem, tãtò magis impedit inguina quàm ingenia fricare. Hæc Eumolpo dicente, mutabam ego frequentiſſimè vultum: iniuriis ſcilicet inimici noſtri hilaris, commodis triſtis. Vtcumque tamen, tanquàm non agnoſcerem fabulam, tacui, & cœnæ ordinem explicui. * * *

Vile eſt quod licet, & animus errore lentus iniurias diligit.

Ales Phaſiacis petita Colchis.
Atque Afræ volucres placent palato,
Quòd non ſunt faciles: at albus anſer
Et pictis anas enouata pennis,
Plebeium ſapit. vltimis ab oris
Attractus Scarus, atque arata Syrtis
Siquid naufragio dedit probatur.
Nullus iam grauis eſt: amica vincit
Vxorem. roſa cinnamum veretur.
Quicquid quæritur, optimum videtur.

Hoc eſt inquam, quod promiſeras, ne quem hodiè verſum faceres. Per fidem, ſaltem nobis parce, qui te nũquàm lapidauimus. Nam ſi aliquis ex his, qui in eodem ſynœcio potant, nomen poetæ olfecerit totam concitabit viciniam, & nos omnes ſub eadem cauſa obruet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſa obruet. Miſerere, & aut pinacothecam, aut balneum cogita. Sic me loquentem obiurgauit Gyton mitiſſimus puer, & negauit rectè facere, quòd ſeniori conuitiarer, ſimulque oblitus officij, menſam, quam humanitate poſuiſſem, contumelia tollerem, multáque alia moderationis verecundiæque verba, quæ formam eius egregiè decebant.

* * *

O felicem, inquit, matrem tuam, quæ te talem peperit! Macte virtute eſto. Raram facit mixturam cum ſapientia forma. Itaque, ne putes te tot verba perdidiſſe, amatorem inueniſti. Ego laudes tuas carminibus implebo. Ego pædagogus & cuſtos etiam quò non iuſſeris, ſequar: nec iniuriam Eucolpius accipit, alium amat. Profuit etiam Eumolpo miles ille, qui mihi abſtulit gladium, alioquin quem animum aduerſus Aſcylton ſumpſeram, eum in Eumolpi ſanguinem exercuiſſem. Nec fefellit hoc Gytona. Itaque extra cellam proceſſit, tanquàm aquam peteret, irámque meam prudenti abſentia extinxit. Paululùm ergo intepeſcente ſæuitia, Eumolpe, inquam, iam malo vel carminibus loquaris, quàm eiuſmodi tibi vota proponas. & ego iracundus ſum, & tu libidinoſus. vide quàm non conueniat his moribus. Puta igitur me furioſum eſſe: cede inſaniæ, id eſt, ocyus foras exi. Confuſus hac denunciatione Eu-

mol

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

molpus, non quæſiit iracundiæ cauſam, ſed continuò limen egreſſus, adduxit repentè oſtium cellæ, méque nihil tale expectantem incluſit, exemítque raptim clauem, & ad Gytona inueſtigandum cucurrit. Incluſus ergo ſuſpendio vitam finire conſtitui: & iam ſemicinctio ſtanti ad parietem ſpondam iunxeram, ceruicéſque nodo condebam, cùm reſeratis foribus intrat Eumolpus cum Gytone, méque à fatali iam meta reuocauit ad lucem. Gyton præcipuè ex dolore in rabiem efferatus, tollit clamorem, me vtraque manu impulſum præcipitat ſuper lectum. Erras, inquit, Eucolpi, ſi putas contingere poſſe vt antè moriaris. Prior cœpi, in Aſcylti hoſpitio gladium quæſiui. Ego ſi te non inueniſſem, periturus per præcipitia fui: & vt ſcias non longè eſſe quærentibus mortem, ſpecta inuicem quod me ſpectare voluiſti. Hæc locutus, mercenario Eumolpi nouaculum rapit, & ſemel iterúmque ceruice percuſſa, ante pedes collabitur noſtros. Exclamo ego attonitus, ſecutúſque labentem, eodem ferramento ad mortem viam quæro. Sed neque Gyton vlla erat ſuſpicione vulneris læſus, neque ego vllum ſentiebam dolorem. Rudis enim nouacula, & in hoc retuſa, vt pueris diſcentibus audaciam tonſoris daret, inſtruxerat thecam. Ideóque nec mercenarius ad ruptum ferramentum expauerat, nec Eumolpus interpella

pellauerat mortem mimicam. Dum hæc fabula inter amantes luditur, diuerſitor cum parte cœnulæ interuenit, contemplatúſque fœdiſſimam iacentium volutationem, Rogo, inquit, ebrij eſtis, an fugitiui, an vtrumque? quis autem grabatum illum erexit? aut quid ſibi vult tam furtiua molitio? Vos mehercules, ne mercedem cellæ daretis, fugere nocte in publicum voluiſtis, ſed non impunè, iam enim faxo ſciatis non viduæ hanc inſulam eſſe, ſed M. Mannicij. Exclamat Eumolpus, Etiam minaris? ſimúlque os hominis palma excuſſiſſima pulſat. Ille tot hoſpitum potionibus liber, vrceolum fictilem in Eumolpi caput iaculatus eſt, ſoluítque clamantis frontem, & de cella ſe proripuit. Eumolpus contumeliæ impatiens, rapit ligneum candelabrum, ſequiturq; abeuntem, & creberrimis ictibus ſupercilium ſuum vindicat. Fit concurſus familiæ, hoſpitúmque ebriorum frequentia. Ego autem nactus occaſionem vindictæ, Eumolpum excludo; redditáque ſcordalo vice, ſine æmulo ſcilicet, & cella vtor & nocte. Interim coctores inſulariíque mulcant excluſum, & alius veru extis ſtridentibus plenum in oculos eius intentat: alius, furca de carnario rapta, ſtatum prœliantis componit: anus præcipuè lippa ſordidiſſimo linteo præcincta ſoleis ligneis imparibus impoſita canem ingentis magnitudinis catena trahit, inſti-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

gátque in Eumolpum. Sed ille candelabro ſe ab omni periculo vindicabat. Videbamus nos omnia per foramen valuæ, quod paulò antè anſa oſtioli rupta laxauerat, fauebámque ego vapulanti. Gyton autem non oblitus miſericordiæ ſuæ, reſerandum oſtium, ſuccurrendúmq; periclitanti cenſebat. Ego, durante adhuc iracundia, non continui manum, ſed caput miſerantis ſtricto acutóque articulo percuſſi, & ille flens quidem conſedit in lecto: ego autem altertios opponebam foramini oculos, iniuriámque Eumolpi aduocationémque commendabam: & veluti quodam cibo me replebam: cùm procurator inſulæ Bargates à cœna excitatus, à duobus lecticariis in mediam rixam perfertur: nam erat etiam pedibus æger. Is, vt rabioſa barbaráque voce in ebrios fugitiuóſque diu perorauit, reſpiciens ad Eumolpum, O Poëtarum, inquit, diſertiſſime, tu eras! & non diſcedunt ocyùs nequiſſimi ſerui, manúſque continent à rixa?

*

Contubernalis mea mihi faſtum facit. Ita, ſi me amas, maledic illam verſibus, vt habeat pudorem.

*

Dum Eumolpus cum Bargate in ſecreto loquitur, intrat ſtabulum præco cum ſeruo publico, aliáque ſanè modica frequentia, facémque fumoſam magis quàm lucidam quaſſans, hæc proclamauit: Puer in balneo

paulò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

paulò antè aberrauit, annorum circa xvj. criſpus, mollis, formoſus, nomine Gyton. Si quis eum reddere aut commonſtrare voluerit, accipiet nummos mille. Nec longè à præcone Aſcyltos ſtabat amictus diſcolori veſte, atque in lance argenta indicium & fidem præferebat. Imperaui Gytoni vt raptim grabatum ſubiret, annecterétque pedes & manus inſtitis, quibus ſponda culcitam ferebat: ac, ſicut olim Vlyxes pro ariete adhæſiſſet, extentus infra grabatum ſcrutantium eluderet manus. Non eſt moratus Gyton imperium, momentóq; temporis inſeruit vinculo manus, & Vlyxem aſtu ſimillimo vicit. Ego, ne ſuſpicioni relinquerem locum, lectulum veſtimentis impleui, vniúſque hominis veſtigium ad corporis mei menſuram figuraui. Interim Aſcyltos, vt pererrauit omnes cum viatore cellas, venit ad meam: & hoc quidem pleniorem ſpem concepit, quod diligentiùs oppeſſulatas inuenit fores. Publicus verò ſeruus, inſertans commiſſuris ſecures, clauſtrorum infirmitatem laxauit. Ego ad genua Aſcylti procubui, & per memoriam amicitiæ, pérque ſocietatem miſeriarum petij, vt ſaltem oſtẽderet fratrem: immò, vt fidem haberent fictæ preces. Scio te, inquam, Aſcylte, ad occidendum me veniſſe: quò enim ſecures attuliſti? Itaque ſatia iracundiam tuam. Præbeo ecce ceruicem, funde ſanguinem, quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſub prætextu quæſtionis petiiſti. Amolitur Aſcyltos inuidiam, &, ſe verò nihil aliud quàm fugitiuum ſuum dixit quærere, mortem nec hominis concupiſſe, nec ſupplicis, vtique eius, quem poſt fatalem rixam habuit chariſſimum. At non ſeruus publicus tam languidè agit, ſed raptam cauponi harundinem ſubter lectum mittit, omniáque etiam foramina parietum ſcrutatur. Subducebat Gyton ab ictu corpus, & reducto timidiſſimè ſpiritu, ipſos ſcyniphes ore tangebat. * Eumolpus autem, qúia effractum oſtium cellæ neminem poterat excludere, irrumpit perturbatus, &, Mille, inquit, nummos inueni: iam enim perſequar abeuntem præconem, & in poteſtate ſua eſſe Gytonem meritiſſima propoſitione monſtrabo. Genua ego perſeuerantis amplector, ne morientes vellet occidere: &, Meritò, inquam excandeſceres, ſi poſſes proditum oſtendere. Nunc inter turbam puer fugit, nec quò abierit, ſuſpicari poſſum. Per fidem, Eumolpe, reduc puerum, & vel Aſcylto redde. Dum hæc ego iam credenti perſuadeo, Gyton, collectione ſpiritus plenus, continuò ita ſternutauit vt grabatum concuteret. Ad quem motum Eumolpus conuerſus, ſaluere Gytona iubet. Remota etiam culcitra videt Vlyxem, cui vel eſuriens Cyclops potuiſſet parcere. Mox conuerſus ad me, Quid eſt, inquit, latro? Ne deprehenſus quidem auſus

es mi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

es mihi verum dicere! Immò, ni deus quidam humanarum rerum arbiter pendenti puero excuſſiſſet indicium, eluſus circa popinas errarem. * Gyton longè blandior, quàm ego, primum araneis oleo madentibus vulnus, quod in ſupercilio factum erat, coartauit, mox palliolo ſuo laceratam mutauit veſtem, amplexúſque iam mitigatum, oſculis tanquàm fomentis adgreſſus eſt: &, In tua, inquit, pater chariſſime, in tua ſumus cuſtodia. Si Gytona tuum amas, incipe velle ſeruare. Vtinam me ſolum inimicus ignis hauriret, vtinam Hiberum inuaderet mare. Ego enim omnium ſcelerum materia; ego cauſa ſum. Si perirem, conueniret inimicis.

* * *

Ego ſic ſemper, & vbique vixi, vt vltimam quamque lucem, tanquàm non redituram conſumerem. * * *

Profuſis ego lacrymis rogo, quæſóque vt mecum quoque redeat in gratiam, neque enim in amantium eſſe poteſtate furioſam æmulationem: daturum tamen operam ne aut dicam, aut faciam ampliùs quo poſſit offendi. Tantùm omnem ſcabitudinem animo, tanquàm bonarum artium magiſter, deleret ſine cicatrice. Incultis aſperíſque regionibus diutiùs niues hærent: aſt vbi ea aratro domefacta tellus nitet, dum loqueris, leuis pruina dilabitur. Similiter in pectoribus ira conſidit: feras quidem mentes obſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

der, eruditas prælabitur. Vt ſcias, inquit Eumolpus, verum eſſe, quod dicis, ecce etiam oſculo iram finio. Itaque, quod benè eueniat, expeditè ſarcinulas, & vel ſequimini me, vel, ſi mauultis, ducite. Adhuc loquebatur cùm crepuit oſtium impulſum, ſtetítque in limine barbis horrentibus nauta: &, Moraris, inquit, Eumolpe, tanquàm propudium ignores. Haud mora, omnes conſurgimus, & Eumolpus quidem mercenarium ſuum iam olim dormientem exire cum ſarcinis iubet. Ego cum Gytone quicquid erat, in altum compono, & adoratis ſideribus intro nauigium. * * Moleſtum eſt quod puer hoſpiti placet. Quid autem non commune eſt quod natura optimum fecit? Sol omnibus lucet. Luna innumerabilibus comitata ſideribus etiam feras ducit ad pabulum. Quid aquis dici formoſius poteſt? In publico tamen manant. Solus ergo amor furtum potiùs quàm præmium erit? Immò verò nolo habere bona, niſi quibus populus inuiderit. vnus, & ſenex non erit grauis: etiam cùm voluerit aliquid ſumere opus anhelitu perdet. Hoc vt infra fiduciam poſui, fraudauíque animum diſſidentem, cœpi ſomnum obruto tunicula capite mentiri. Sed repentè quaſi deſtruente fortuna conſtantiam meam, eiuſmodi vox ſuper conſtratum puppis congemuit. Ergo me deriſit? At hæc quidem virilis & penè auribus

meis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

meis familiaris animum palpitantem percuſſit. Cæterùm eadem indignatione mulier lacerata vlteriùs excanduit, &, Si quis Deus manibus meis, inquit, Gytona imponeret, quàm bene exulem exciperet. Vterque noſtrûm tam inexpectato ictus ſono amiſerat ſanguinem. Ego præcipuè, quaſi ſomnio quodam turbulento circumamictus diu vocem collegi, tremuliſque manibus Eumolpi iam in ſoporem labentis laciniam duxi, &, Per fidem, inquam, pater, cujus hæc nauis eſt, aut quos vehat, dicere potes, Inquietatus ille moleſtè tulit, &, Hoc erat, inquit, quod placuerat tibi, vt ſuper conſtratum nauis, occuparemus ſecretiſſimũ locum, ne nos patereris requieſcere? Quid porrò ad rem pertinet ſi dixero Licam Tarẽtinum eſſe dominum huiuſce nauigij, qui Tryphænam exulem Tarentum ferat? Intremui poſt hoc fulmen attonitus, iugulóque detecto, Aliquando, inquam, totum me fortuna viciſti. Nam Gyton quidem ſuper meum pectus poſitus diu animam egit, deinde vt effuſus ſudor vtriuſque ſpiritum reuocauit, comprehendi Eumolpi genua, &, Miſerere, inquam morientium, id eſt, pro conſortio ſtudiorum commoda manum. Mors venit, quæ, niſi per te licet, poteſt eſſe pro munere. Inundatus hac Eumolpus inuidia, iurat per deos deáſque ſe neque ſcire quid acciderit, nec vllum dolum malum conſilio ad-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

hibuiſſe: ſed mente ſimpliciſſima, & vera fide in nauigium comites induxiſſe, quo ipſe iam pridem fuerit vſurus. Quæ autem hîc inſidiæ ſunt? inquit, aut quis nobis Hannibal nauigat? Licas Tarentinus homo verecundiſſimus, & non tantùm huius nauigij dominus, quod regit, ſed fundorum etiam aliquot & familiæ negotiantibus, onus deferendum ad mercatum conducit, hic eſt Cyclops ille & archipirata cui vecturam debemus: & præter hunc Tryphæna omnium fœminarum formoſiſſima, quæ voluptatis cauſa huc atque illuc vectatur. Hi ſunt, inquit Gyton, quos fugimus: ſimúlque raptim cauſas odiorum & inſtans periculum trepidanti Eumolpo exponit. Confuſus ille, & conſilij egens iubet quemque ſuam ſententiam promere: &, Fingite, inquit, nos antrum Cyclopis intraſſe. Quærendum eſt aliquod effugium, niſi naufragium ponimus, & omni nos periculo liberamus. Immò, inquit Gyton, perſuade gubernatori vt in aliquem portum nauem deducat, non ſine præmio ſcilicet, & affirma ei impatientem maris fratrem tuum in vltimis eſſe. Poteris hanc ſimulationem & lacrymis & vultus confuſione obumbrare, vt miſericordia permotus gubernator indulgeat tibi. Negauit hoc Eumolpus fieri poſſe, quia magna, inquit, nauigia portibus ſe curuatis inſinuāt, nec tam citò fratrē defeciſſe veriſimile erit.

Acce

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Accedit his, quòd forſitan Licas officij cauſa viſere languentem deſiderabit. Vides quàm valdè nobis expediat vltrò dominum ad fugientes accedere. Sed finge nauem ab ingenti poſſe curſu deflecti, & Licam non vtique circumiturum ægrorum cubilia; quomodo poſſumus egredi naue, vt non conſpiciamur à cunctis? opertis capitibus, an nudis? opertis. & quis non dare manum languentibus volet? nudis. & quid erit aliud, quàm ſe ipſos proſcribere? Quin potiùs, inquam, ergo ad temeritatem confugimus, & per funem lapſi deſcendimus in ſcapham, præciſóque vinculo, reliqua fortunæ committimus? Nec ego in hoc periculum Eumolpum arceſſo. quid enim attinet innocentem alieno periculo imponere? Contentus ſum ſi nos deſcendentes adiuuerit caſus. Non imprudens conſilium, inquit Eumolpus, ſi aditum haberet. Quis enim non euntes notabit? Vtique gubernator qui peruigil nocte ſiderum quoque motus cuſtodit. Et vtcunque imponi vel dormienti poſſet, ſi per aliam partem nauis fuga quæreretur: nunc per puppim, per ipſa gubernacula dilabendum eſt, à quorum regione funis deſcendit, qui ſcaphæ cuſtodiam tenet. Prætereà illud miror, Eucolpi, tibi non ſuccurriſſe, vnum nautam ſtationis perpetuæ interdiu noctúque iacere in ſcapha, nec poſſe inde cuſtodem, niſi aut cæde expelli, aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

præcipitari viribus. Quod an fieri poſſet, interrogate audaciam veſtram. Nam quod ad meum quidem comitatum attinet, nullum recuſo periculum quod ſalutis ſpem oſtendit. Nam ſine cauſa quidem ſpiritum tanquàm rem vacuam impendere, nec vos quidem exiſtimo velle. Videte nunquid hoc placeat. Ego vos in duas iam pelles coniiciam, vinctóſque loris inter veſtimenta pro ſarcinis habebo, apertis ſcilicet aliquatenus labris, quibus & ſpiritum recipere poſſitis, & cibum. Conclamabo deinde nocte ſeruos pœnam grauiorem timentes præcipitaſſe ſe in mare: deinde cùm ventum fuerit in portum, ſine vlla ſuſpicione pro ſarcinis vos efferam. Ita verò, inquam ego, tanquàm ſolidos alligaturus, quibus non ſoleat venter iniuriam facere, an tanquàm eos qui ſternutare non ſoleamus, nec ſtertere? an quia hoc genus furti ſemel mea feliciter ceſſit? Sed finge vna die vinctos poſſe durare: quid ergo ſi diutiùs aut tranquillitas nos tenuerit, aut aduerſa tempeſtas? quid facturi ſumus? veſtes quoque diutiùs vinctas ruga conſumit, & chartæ alligatæ mutant figuram. Iuuenes adhuc laboris expertes, ſtatuarum ritu patiemur pannos & vincula? Adhuc aliquod iter ſalutis quærendum eſt. Inſpicite quod ego inueni. Eumolpus tanquàm literarum ſtudioſus vtique atramentum habet. hoc ergo remedio mutemus co-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

lores à capillis vſq; ad vngues. Ita tanquàm ſerui Æthiopes, & præſtò tibi erimus ſine tormentorum iniuria hilares: & permutato colore imponemus inimicis. Quid tu, inquit Gyton, & circumcide nos, vt Iudæi videamur: & pertunde aures, vt imitemur Arabes: & increta facies, vt ſuos Gallia ciues putet: tanquàm hic ſolus color figuram poſſit peruertere, & non multa vnà oporteat conſentiant, & non natione mendacium conſtet. Puta infectam medicamine faciem diutiùs durare poſſe: finge nec aquæ aſperginem impoſituram aliquam corpori maculam, nec veſtem atramento adhæſuram, quod frequenter etiam non accerſito ferrumine infigitur: age, nunquid & labra poſſumus tumore teterrimo implere; nunquid & crines calamiſtro conuertere; nunquid & frontes cicatricibus ſcindere? nunquid & crura in orbem pandere? nunquid & talos ad terram deducere? nunquid barbam peregrinatione figurare? Color arte compoſitus inquinat corpus, non mutat. Audite quid timenti ſuccurrerit. Præligemus veſtibus capita, & nos in profundum mergamus. Nec iſtud dij hominéſque patiantur, Eumolpus exclamat, vt vos tam turpi exitu vitam finiatis. Immò potiùs facite quod iubeo. Mercenarius, inquit, meus, vt ex nouacula comperiſtis, tonſor eſt: hic continuò radat vtriuſque non ſolùm capita, ſed etiam ſupercilia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſequar ego, frontes notans inſcriptione ſolerti, vt videamini ſtigmate eſſe puniti. Ita cædem literæ & ſuſpicionem declinabunt quærentium, & vultus vmbra ſupplici tegent. Non eſt dilata fallacia, ſed ad latus nauigij furtim proceſſimus, capitáque cum ſuperciliis denudanda tonſori præbuimus. Impleuit Eumolpus frontes vtriuſq; ingentibus literis, & notum fugitiuorum epigramma per totam faciem liberali manu duxit. Vnus fortè ex vectoribus, qui acclinatus lateri nauis exonerabat ſtomachum nauſea grauem, notauit ſibi ad lunam tonſorem intempeſtiuo inhærentem miniſterio, execratúſque omen, quod imitaretur naufragorum vltimum votum, in cubile reiectus eſt. Non diſſimulata nauſeantis deuotione, ad ordinem triſtitiæ redimus, ſilentióque compoſito, reliquas noctis horas malè ſoporati conſumpſimus. * * *

Videbatur mihi ſecundùm quietem Priapus dicere, Eucolpion quid quæris? ſcito à me in nauem tuam eſſe perductum. Exhorruit Tryphæna: &, Putes, inquit, vnà nos dormiiſſe: nam & mihi ſimulacrum Neptuni quod * Baiſtor aſcylo notaueram, videbatur dicere, In naui Licæ Gytona inuenies. Hinc ſcies, inquit Eumolpus, Epicurum hominem eſſe diuinum, qui eiuſmodi ludibria facetiſſima ratione condemnat. Cæterùm Licas vt Tryphænæ ſomnium

expia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

expiauit, Quis, inquit, prohibet nauigium ſcrutari, ne videamur diuinæ mentis opera damnare? Is qui nocte miſerorum furtum deprehenderat Heſus nomine, ſubitò proclamat, Ergo illi qui ſunt qui nocte ad Lunam radebantur? peſſimo medius fidius exemplo. Audio enim non licere cuiquam mortalium in naui neque vngues neque capillos deponere, niſi cùm pelago ventus iraſcitur. Excanduit Licas hoc ſermone turbatus: &, Itáne, inquit, capillos aliquis in naue præcidit, & hoc nocte intempeſta? attrahite ocyùs nocentes in medium, vt ſciam quorum capitibus debeat nauigium luſtrari. Ego, inquit Eumolpus, hoc iuſſi: nec non eodem futuros nauigio, auſpicium mihi feci: ſed quia nocentes horridus longóſque habebant capillos; ne viderer de naue carcerem facere, iuſſi ſqualorem damnatis auferri: ſimul vt notæ quoque literarum non adumbratæ comarum præſidio totæ ad oculos legentium accederent. Inter cætera apud communem amicam conſumpſerunt pecuniam meam, à qua illos proxima nocte extraxi mero vnguentíſque perfuſos. Ad ſummam, adhuc patrimonij mei reliquias olent. * Itaque vt tutela nauis expiaretur, placuit quadragenas vtriſque plagas imponi. Nulla ergo fit mora. Aggrediuntur nos furentes nautæ cum funibus, tentántque viliſſimo ſanguine tutelam placare. Et ego

quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi. Cæterùm Gyton ſemel ictus, tam valdè exclamauit, vt Tryphænæ aures notiſſima voce repleret. Non ſolùm ergo turbata eſt, ſed ancillæ quoque omnes familiari ſono inductæ ad vapulantem decurrunt. Iam Gyton mirabili forma exarmauerat nautas, cœperátque etiam ſine voce ſæuientes rogare, cùm ancillæ pariter proclamant; Gyton eſt, Gyton, inhibete crudeliſſimas manus: Gyton eſt, Domina ſuccurre. Deflectit aures Tryphæna iam ſua ſponte credentes, raptímque ad puerum deuolat. Licas, qui me optime nouerat, tanquàm & ipſe vocem audiſſet, accurrit: & nec manus, nec faciem meam conſiderauit, ſed continuò ad inguina mea luminibus deflexis, mouit officioſam manum: &, Salue, inquit, Eucolpi. Miretur nunc aliquis, Vlyxis nutricem poſt viceſimum annum cicatricem inueniſſe originis indicem, cùm homo prudentiſſimus confuſis omnibus corporis indiciorúmque lineamentis, ad vnicum fugitiui argumentum tam doctè peruenerit. Tryphæna lacrymas effudit decepta ſupplicio: vera enim ſtigmata credebat captiuorum frontibus impreſſa, ſciſcitaríque ſummiſſiùs cœpit, quod ergaſtulum intercepiſſet errantes, aut cuius tam crudeles manus in hoc ſupplicium duraſſent. Meruiſſe quidem contumeliam aliquam fugitiuos, qui-

bus

bus in odium bona ſua veniſſent. Concitatus iracundia proſiliit Licas, &, O te, inquit, fœminam ſimplicem, tanquàm vulnera ferro præparata literas biberint. Vtinam quidem hac ſe inſcriptione frontis maculaſſent: haberemus nos extremum ſolatium. Nunc mimicis artibus petiti ſumus, & adumbrata inſcriptione deriſi. Volebat Tryphæna miſereri, quia non totam voluptatem perdiderat: ſed Licas memor adhuc vxoris corruptæ, contumeliarúmque quas in Herculis porticu acceperat, turbato vehementiùs vultu proclamat: Deos immortales rerum humanarum agere curam, puto, intellexiſti ò Tryphæna. nam imprudentes noxios in noſtrum induxere nauigium, & quid feciſſent admonuerunt pari ſomniorum conſenſu. Ita vide vt proſit illis ignoſci, quos ad pœnam ipſe Deus deduxit. Quod ad me attinet, non ſum crudelis, ſed vereor ne quod remiſero, patiar. Tam ſuperſtitioſa oratione Tryphæna mutata, negat, ſe interpellare ſupplicium, immò accedere etiam iuſtiſſimæ vltioni: nec ſe minùs grandi vexatam iniuria, quàm Licam, cuius pudoris dignitas in concione proſcripta ſit.

* * *

Me vtpote hominem non ignotum elegerunt ad hoc officium, petierúntque vt ſe reconciliarem aliquando amiciſſimis. Niſi fortè putatis iuuenes caſu in has plagas in-

cidiſſe,

cidiſſe, cùm omnis vector nihil priùs quærat, quàm cuius ſe diligentiæ credat. Flectite ergo mentes ſatisfactione lenitas, & patimini liberos homines ire ſine iniuria quò deſtinant. Sæui quoque implacabiléſque domini crudelitatem ſuam impediunt, ſi quando pœnitentia fugitiuos reduxit, & deditiis hoſtibus parcimus. Quid vltrà petitis? aut, quid vultis? In conſpectu veſtro ſupplices iacent, iuuenes, ingenui, honeſti, &, quod vtroque potentius eſt, familiaritate vobis aliquando coniuncti. Si mehercules interuertiſſent pecuniam veſtram, ſi fidem proditione læſiſſent, ſatiari tamen potuiſſetis hac pœna quam videtis. Seruitia ecce in frontibus cernitis, & vultus ingenuos voluntaria pœnarum lege proſcriptos. Interpellauit deprecationem ſupplicis Licas; &, Noli, inquit, cauſam confundere, ſed impone ſingulis modum. Ac primum omnium, ſi vltrò venerunt, cur nudauêre crinibus capita? vultum enim qui permutat, fraudem parat non ſatisfactionem. Deinde ſi gratiam à legato moliebantur, quid ita omnia feciſti, vt quos tuebaris, abſconderes? Ex quo apparet caſu incidiſſe noxios in plagas, & te artem quæſiſſe, qua noſtræ animaduerſionis impetum eluderes. Nam quòd inuidiam facis nobis, ingenuos honeſtóſque clamando, vide ne deteriorem facias confidentia cauſam. Quid debent læſi facere, vbi rei

ad pœnam confugiunt? At enim amici fuerunt mei: eò maiora meruerunt ſupplicia. Nam qui ignotos lædit, latro appellatur: qui amicos, paulò minùs quàm patricida. Reſoluit Eumolpus tam iniquam declamationem: &, Intelligo, inquit, nihil magis obeſſe iuuenibus miſeris, quàm quòd nocte depoſuerunt capillos: hoc argumento incidiſſe in nauem videntur, non veniſſe. Quod velim tam candidè ad veſtras aures perueniat, quàm ſimpliciter geſtum eſt. Voluerunt enim antequàm conſcenderent, exonerare capita moleſto & ſuperuacuo pondere, ſed celerior ventus diſtulit curationis propoſitum. Nec tamen putauerunt ad rem pertinere vbi inciperent quod placuerat vt fieret: quia nec omen, nec legem nauigantium nouerant. Quid, inquit Licas, attinuit ſupplices radere? niſi fortè miſerabiliores calui ſolent eſſe: quanquàm quid attinet veritatem per interpretem quærere? Quid dicis tu latro? quæ ſola Salamandra ſupercilia tua excuſſit? cui Deo crinem vouiſti? Pharmace, reſponde. Obſtupueram ego ſupplicij metu pauidus, nec quid in re manifeſtiſſima dicerem, inueniebam. Turbatus & deformis præter ſpoliati capitis dedecus, ſuperciliorum etiam æqualis cum fronte caluities, vt nihil nec facere deceret nec dicere. Vt verò ſpongia vda facies plorantis deterſa eſt, & liquefactum per totum os attramen-

tum,

tum, omnia ſcilicet lineamenta fuliginea nube confudit, in odium ſe ira conuertit. Negat Eumolpus paſſurum ſe vt quiſquam ingenuos contra fas legémque contaminet, interpellátque ſæuientium minas, non ſolùm voce, ſed & manibus. Aderat interpellanti mercenarius comes, & vnus altérque infirmiſſimus vector, ſolatia magis litis, quàm virium auxilia. Nec quicquam pro me deprecabar, ſed intentans in oculos Tryphænæ manus, vſurum me viribus meis clara liberáque voce clamaui, ni abſtineret à Gytone iniuriam mulier damnata, & in toto nauigio ſola verberanda. Accenditur audacia mea iratior Licas, indignatúrque quòd ego relicta mea cauſa tantùm pro alio clamo. Nec minùs, Tryphæna contumelia ſæuit accenſa, totiúſque nauigij turbam diducit in partes. Hinc mercenarius tonſor ferramenta ſua nobis, & ipſe armatus, diſtribuit: illinc Tryphænæ familia nudas expedit manus. Ac ne ancillarum quidem clamor aciem deſtituit, vno tantùm gubernatore relicturum ſe nauis miniſterium denunciante, ſi non deſinat rabies libidine perditorum collecta. Nihilominùs tamen perſeuerat dimicantium furor; illis pro vltione, nobis pro vita pugnantibus. Multi ergo vtrinque ſine morte labuntur, plures cruenti vulneribus referunt veluti ex prælio pedem: nec tamen cuiuſquam ira laxatur.

Tunc

Tunc fortiſſimus Gyton ad virilia ſua admouit nouaculam inſertam, minatus ſe abſciſſurum tot miſeriarum cauſam: inhibuítque Tryphæna tam grande facinus non diſſimulata miſſione. Sæpiùs ego cultrũ tonſoriũ ſuper iugulũ meum poſui, non magis me occiſurus quàm Gyton quod minabatur, facturus. audaciùs ille tamen tragœdiã implebat, quia ſciebat ſe illã habere nouaculam qua iã ſibi ceruicem præciderat. Stante ergo vtraque acie, cùm appareret futurũ nõ tralatitium bellum, ægrè expugnauit gubernator, vt caduceatoris more Tryphæna inducias faceret. Data ergo acceptáque patrio more fide, protendit ramum oleæ à tutela nauigij raptum, atque in colloquium venire auſa;

Quis furor, exclamat, pacem conuertit in arma?
Quid noſtra meruêre manus? non Troius hoſtis
Hac in claſſe vehit decepti pignus atridæ:
Nec Medea furens fraterno ſanguine pugnat:
Sed contemptus amor vires habet, & mihi fata
Hos inter fluctus quis raptis euocat armis?
Cui non eſt mors vna ſatis? ne vincite pontum,
Gurgitibúſque feris alios immittite fluctus.

Hæc vt turbato clamore mulier effudit, hæſit pauliſper acies, reuocatæque ad pacem manus intermiſère bellum. Vtitur pœnitentiæ occaſione dux Eumolpus, & caſtigato antè vehementiſſimè Lica, tabulas fœderis ſignat, queis hæc formula erat: Ex tui animi ſententia, vt tu, Tryphæna, neque iniu-

riam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

riam tibi factam à Gytone queraris, neque ſi quid ante hunc diẽ factũ eſt, obiicies, vindicabíſve, aut vllo alio genere perſequendum curabis: vt tu nihil imperabis puero repugnanti, non amplexũ, non oſculum, non coitũ Venere conſtrictum, niſi pro qua re præſentes numeraueris denarios centum. Item Lica ex tui animi ſentẽtia, vt tu Eucolpion nec verbo cõtumelioſo inſequaris, nec vultu, neque quæres vbi nocte dormiat? aut, ſi quæſieris, pro ſingulis iniuriis numerabis præſentes denarios ducentos. In hæc verba fœderibus compoſitis arma deponimus: & ne reſidua in animis etiam poſt inſiurandũ ira remaneret, præterita aboleri oſculis placet. Exhortanti- 1
bus vniuerſis odia detumeſcunt, epulæq; ad certamen prolatę conciliant hilaritate concilĩũ. Exſonat cantibus totũ nauigium, & quia repentina tranquillitas intermiſerat curſum, alius exultãs quærebat fuſcina piſces: alius 2
hamis blãdientibus cõuellebat prædam repugnãtem. Ecce etiã per antemnã pelagiæ conſederãt volucres, quas tectis arundinibus peritus artifex tetigit. Illę viſcatis illigatę viminibus deferebantur ad manus. Tollebat plu- 2
mas aura volitãtes, pinnáſq; per maria inanis ſpuma torquebat. Iam Licas redire mecum in gratiam cœperat: iam Tryphæna Gytona extrema parte potionis ſpargebat, cùm Eumolpus & ipſe vino ſolutus dicta voluit in caluos 3
ſtigmoſóſq; iaculari: donec comſumpta frigi-

diſſima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

diſſima vrbanitate , rediit ad carmina ſua: cœpítque capillorum elegidarion dicere.

Quod ſolum formæ decus eſt , cecidêre capilli:
Vernantéſque comas triſtis abegit hyems.
Nunc vmbra nudata ſua iam tempora mœrent:
Areáque attritis ridet aduſta pilis.
O fallax natura deûm: quæ prima dediſti
Aetati noſtræ gaudia, prima rapis!
Infelix, modò crinibus nitebas
Phœbo pulchrior, & ſorore Phœbi:
At nunc læuior ære, vel rotundo
Horti tubere, quod creauit vnda,
Ridentes fugis & times puellas.
Vt mortem citiùs venire credas,
Scito iam capitis periſſe partem.

Plura volebat proferre , credo & ineptiora præteritis , cùm ancilla Tryphænæ Gytona in partem nauis inferiorem ducit , corymbióque dominæ pueri adornat caput. Immò ſupercilia etiam profert de pyxide , ſcitéque iacturæ lineamenta ſecuta , totam illi formam ſuam reddidit. Agnouit Tryphæna verum Gytona : lacrymiſque turbata, tunc primùm bona fide puero baſium dedit. Ego , etiamſi repoſitum in priſtinum decorem puerum gaudebam , abſcondebam tamen frequentiùs vultum , intelligebámque me non tralatitia deformitate eſſe inſignitum ; quem alloquio dignum nec Licas quidem crederet. Sed huic triſtitię eadem illa ſuccurrit ancilla , euocatúmque me non minùs

minùs

minùs decoro exornauit capillamento : immò cõmendatior vultus enituit, quia * flaucorum corymbion erat. * Cæterùm Eumolpus, & periclitantium aduocatus, & præſentis concordiæ auctor, ne ſileret ſine fabulis hilaritas, multa in muliebrem leuitatem cœpit iactare : quàm facilè adamarent: quàm citò etiam filiorum obliuiſcerentur: nullámque eſſe fœminam tam pudicam, quæ non peregrina libidine vſque ad furorem auerteretur. nec ſe tragœdias veteres curare, aut nomina ſæculis nota, ſed rem ſua memoria factam, quam expoſiturum ſe eſſe, ſi vellemus audire. Conuerſis igitur omnium in ſe vultibus auribúſque, ſic orſus eſt: Matrona quædam Epheſi tam notæ erat pudicitæ, vt vicinarum quoque gentium fœminas ad ſui ſpectaculum euocaret. Hæc ergo cùm virum extuliſſet, non contenta vulgari more funus paſſis proſequi crinibus, aut nudatum pectus in conſpectu frequentiæ plangere, in conditorium etiam proſequuta eſt defunctum, poſitúmque in hypogæo, Græco more, corpus cuſtodire ac flere totis noctibus diebúſque cœpit. Sic afflictantem ſe, ac mortem inedia perſequentem non parentes potuerunt abducere, non propinqui: magiſtratus vltimò repulſi abierunt : comploratáque ſingularis exempli fœmina ab omnibus, quintum iam diem ſine alimento trahebat. Adſidebat ægræ fidiſſima

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ma ancilla, ſimúlque & lacrymas commendabat lugenti, & quotiens defecerat poſitum in monumento lumen renouabat. Vna igitur in tota ciuitate fabula erat; & ſolum illud adfulſiſſe verum pudicitiæ amoríſque exemplum omnis ordinis homines confitebantur: cùm interim Imperator prouinciæ latrones iuſſit crucibus adfigi, ſecundùm illam eandem caſulam, in qua recens cadauer matrona deflebat. Proxima ergo nocte cùm miles, qui cruces aſſeruabat, ne quis ad ſepulturam corpora detraheret, notaſſet ſibi & lumen inter monumenta clarius fulgens, & gemitum lugentis audiſſet? vitio gentis humanæ concupiit ſcire, quis aut quid faceret. Deſcendit igitur in conditorium: viſáque pulcherrima muliere, primo quaſi quodam monſtro, inferníſque imaginibus turbatus ſubſtitit: deinde vt & corpus iacentis conſpexit, & lacrymas conſiderauit, faciémque vnguibus ſectam; ratus ſcilicet quod erat, deſiderium extincti non poſſe fœminam pati: attulit in monumentum cœnulam ſuam, cœpítque hortari lugentem, ne perſeueraret in dolore ſuperuacuo, & nihil profuturo gemitu pectus diduceret: omnium eundem exitum eſſe: ſed & idem domicilium: & cætera, quibus exulceratæ mentes ad ſanitatem reuocantur. At illa ignota conſolatione percuſſa, lacerauit vehementiùs pectus, ruptóſque crines ſuper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

pectus iacentis impoſuit. Non receſſit tamen miles, ſed eadem exhortatione tentauit dare mulierculæ cibum, donec ancilla vini certè ab eo odore corrupta, primùm ipſa porrexit ad humanitatem inuitantis victam manum: deinde refecta potione, & cibo, expugnare dominæ pertinaciam cœpit. &, Quid proderit, inquit, hoc tibi, ſi ſoluta inedia fueris? ſi te viuam ſepelieris? ſi antequàm fata poſcant, indemnatum ſpiritum effuderis?

Id cinerem aut manes credis curare ſepultos?

Vis tu reuiuiſcere reluctantibus fatis extinctum? vis diſcuſſo muliebri errore, quam diu licuerit, lucis commodis frui, ipſum te iacentis corpus admonere debet, vt viuas. Nemo inuitus audit, cùm cogitur aut cibum ſumere, aut viuere. Itaque mulier aliquot dierum abſtinentia ſicca, paſſa eſt frangi pertinaciam ſuam: nec minùs auidè repleuit ſe cibo, quàm ancilla, quæ prior victa eſt. Cæterùm ſcitis quid tentare plerunque ſoleat humanam ſatietatem. Quibus blanditiis impetrauerat miles vt matrona viuere vellet, iiſdem etiam pudicitiam eius aggreſſus eſt. Nec deformis aut infacundus iuuenis caſtæ videbatur, conciliante gratiam ancilla, ac ſubinde dicente:

Placitóne etiam pugnabis amori?

Nec venit in mentem, quorum conſederis aruis?

Quid diutiùs moror? ne hanc quidem mulier partem corporis abſtinuit, victórque miles

les vtrunque perſuaſit. Iacuerunt ergo vnà, non tantùm illa nocte, qua nuptias fecerunt, ſed poſtero etiam ac tertio die, præcluſis videlicet conditorij foribus: vt quiſque ex notis ignotíſque ad monumentum veniſſet, putaſſet expiraſſe ſuper corpus viri pudiciſſimam vxorem. Ceterùm delectatus miles & forma mulieris & ſecreto, quicquid boni per facultates poterat, coëmebat; & prima ſtatim nocte in monumentum ferebat. Itaque cruciarij vnius parentes, vt viderunt laxatam cuſtodiam, detraxêre nocte pendentem, ſupremóque mandauerunt officio. At miles circunſcriptus dum deſidet, vt poſtero die vidit vnam ſine cadauere crucem: veritus ſupplicium, mulieri quid acciдiſſet, exponit: nec ſe expectaturum iudicis ſententiam, ſed gladio ius dicturum ignauiæ ſuæ: commodaret modò illa perituro locum, & fatale conditorium familiari ac viro faceret. Mulier non minùs miſericors quàm pudica: Nec iſtud, inquit, dij ſinant, vt eodem tempore duorum mihi chariſſimorum hominum duo funera ſpectem: malo mortuum impendere, quàm viuum occidere. Secundùm hanc orationem, iubet corpus mariti ſui tolli ex arca, atque illi quæ vacabat, cruci adfigi. Vſus eſt miles ingenio prudentiſſimæ fœminæ: poſteróque die populus miratus eſt, qua ratione mortuus iſſet in crucem. Riſu excepêre fabulam nautæ, eru-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

beſcente non mediocriter Tryphæna, vultumq; ſuum ſuper ceruicem Gytonis amabiliter ponente. At non Licas riſit, ſed iratum commouens caput, Si iuſtus, inquit, Imperator fuiſſet, debuit patrisfamiliæ corpus in monumentum referre, mulierem affigere cruci. Non dubiè redierat in animum * ele, expilatúmque libidinoſa migratione nauigium. Sed nec fœderis verba permittebant meminiſſe: nec hilaritas, quæ præoccupauerat mentes, dabat iracundiæ locum. Ceterùm Tryphæna in gremio Gytonis poſita, modò implebat oſculis pectus, interdum concinnabat ſpoliatis crinibus vultum. Ego mœſtus & impatiens fœderis noui, non cibum, non potionem capiebam, ſed obliquis trucibúſque oculis vtrunque ſpectabam. Omnia me oſcula vulnerabant, omnes blanditiæ, quaſcunque mulier libidinoſa fingebat: nec tamen adhuc ſciebam vtrùm, magis puero iraſcerer, quòd amicam mihi auferret, an amicæ, quòd puerum corrumperet. Vtraque inimiciſſima oculis meis, & captiuitate præterita triſtiora. Accedebat huc quod neque Tryphæna me alloquebatur tanquàm familiarem, & aliquando gratum ſibi amatorem, nec Gyton me aut tralatitia propinatione dignum iudicabat, aut, quod minimum eſt, ſermone communi vocabat. credo veritus ne inter initia coëuntis gratiæ recentem cicatricẽ reſcinderet. Inundauêre

dauère pectus lacrymæ dolore paratæ, gemitúſque ſuſpirio tectus animam penè ſubmouit * *

In partem voluptatis tentabat admitti, nec domini ſupercilium induebat, ſed amici quærebat obſequium * *

Si quid ingenui ſanguinis habes, non pluris illam facies, quàm ſportam. Si vir fueris non ibis ad * ſpuitam. * * *

Me nihil magis pudebat, quàm ne Eumolpus ſenſiſſet quicquid illud fuerat, & homo dicaciſſimus carminibus vindicaret *

Iurat Eumolpus verbis conceptiſſimis *

* * *

Dum hæc taliáque iactamus, inhorruit mare, nubéſque vndique adductæ obruêre tenebris diem. Diſcurrunt nautæ ad officia trepidantes, veláque tempeſtati ſubducunt. Sed nec certos fluctus ventus impulerat: nec quò deſtinaret curſum gubernator ſciebat: Siciliam modò ventus dabat, ſæpiſſime Italici litoris Aquilo poſſeſſor conuertebat huc illuc obnoxiam partem: &, quod omnibus procellis periculoſius erat, tam ſpiſſæ repentè tenebræ lucem ſuppreſſerant, vt ne proram quidem totam gubernator videret. Itaque Hercules poſtquàm * manifeſta conualuit, Licas trepidans ad me ſupinas porrigit manus: &, Tu, inquit, Eucolpi, ſuccurre periclitantibus, id eſt, veſtem illam diuinam, ſiſtrúmque redde nauigio. Per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

fidem, miſerere quemadmodum quidem ſoles. Et illum quidem vociferantem in mare ventus excuſſi, repetitúmque infeſto gurgite procella circumegit atque hauſit: Tryphænam autem propè iam fideliſſimi rapuerunt ſerui, ſcaphæque impoſitam cum maxima ſarcinarum parte adduxêre certiſſimæ morti. Applicitus cum clamore fleui: &, Hoc, inquam, à diis meruimus, vt nos ſola morte coniungerent: ſed non crudelis fortuna concedit. Ecce iam ratem fluctus euertet: ecce iam amplexus amantium iratum diuidet mare. Igitur ſi verè Eucolpion dilexiſti * ad oſcula dum licet, vltimum hoc gaudium fatis properantibus rape. Hæc vt ego dixi, Gyton veſtem depoſuit, meáque tunica contectus exeruit ad oſculum caput: & ne ſic cohærentes malignior fluctus detraheret, vtrunque zona circumuenienti præcinxit: &, Si nihil aliud, certè diutiùs, inquit, iuncta nos mors feret, vel ſi voluerit miſericors ad idem littus expellere, aut præteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit, aut, quod vltimum eſt, iratis etiam fluctibus, imprudens arena componet. Patior ego vinculum extremum, & veluti lecto funebri aptatus expecto mortem iam non moleſtam. Peragit interim tempeſtas mandata fatorum, omnéſque reliquias nauis expugnat. Non arbor erat relicta, non gubernacula, non funis, aut remus, ſed quaſi ru

ſi rudis atque infecta materies ibat cum fluctibus *

Percurrere piſcatores paruulis expediti nauigiis ad prædam rapiendam : deinde vt aliquos viderunt, qui ſuas opes defenderent, mutauerunt crudelitatem in auxilium * *

Audimus murmur inſolitum, & ſub diæta magiſtri, quaſi cupientis exire belluæ gemitum. Perſequuti igitur ſonum inuenimus Eumolpum ſedentem, membranæque ingenti verſus ingerentem. Mirati ergo quòd illi vacaret in vicinia mortis poëma facere, extraximus clamantem, iubemúſq; bonam habere mentem. At ille interpellatus excanduit, &, Sinite me, inquit, ſententiam explere: laborat carmen in fine. Iniicio ego phrenetico manum, iubeóque Gytona accedere, & in terram trahere porcam mugientem. *

Hoc opere tandem elaborato caſam piſcatoriam ſubimus mœrentes, cibíſque naufragio corruptis vtcunque curati triſtiſſimam exegimus noctem. Poſtero die cùm poneremus conſilium, cui nos regioni crederemus, repentè video corpus humanum circumactum leui vertice ad littus deferri. Subſtiti ergo triſtis, cœpiq; viuentibus oculis maris fidem inſpicere: &, Hunc forſitan, proclamo, in aliqua parte terrarum ſecura expectat vxor: forſitan ignarus tempeſtatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

filius: aut patrem vtique reliquit aliquem, cui proficiſcens oſculum dedit. Hæc ſunt conſilia mortalium, hæc vota magnarum cogitationum. En homo quemadmodum natat. Adhuc tanquàm ignotum deflebam cùm inuiolatum os fluctus conuertit in terram agnouíque terribilem paulò ante & implacabilem Licam pedibus meis penè ſubiectum. Non tenui igitur diutiùs lacrymas immò percuſſi ſemel iterúmque manu pectus: &, Vbi nunc eſt, inquam, iracundia tua? vbi impotentia tua? nempe piſcibus bellnúſque expoſitus es, & qui paulò antè iactabas vires imperij tui, de tam magna naue, ne tabulam quidem naufragus habes. Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectora implete. Ite cauti, & opes fraudibus captas per mille annos diſponite. Nempe hic proxima luce patrimonij ſui rationes inſpexit: nempe diem etiam quo venturus eſſet in patriam animo ſuo finxit. Dij deæque, quàm longo à deſtinatione ſua iacet! Sed non ſola mortalibus maria hanc fidem præſtant. Illum bellantem arma decipiunt: illum diis vota reddentem penatum ſuorum ruina ſepelit: ille vehiculo lapſus properantem ſpiritum excuſſit. Cibus auidum ſtrangulauit, abſtinentem frugalitas. Si bene calculum ponas, vbique naufragium eſt. At enim fluctibus obruto non contigit ſepultura. Tanquàm interſit periturum cor-

pus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

pus quæ ratio conſumat, ignis, an fluctus an mora. Quicquid feceris, omnia hæc eodem ventura ſunt. feræ tamen corpus lacerabunt Tanquàm melius ignis accipiat. Immò hanc pœnam grauiſſimam credimus, vbi ſeruis iraſcimur. Quæ ergo dementia eſt, omnia facere, nequid è nobis relinquat ſepultura? * * *

Et Licam quidem rogus inimicis collatus manibus adolebat: Eumolpus autem dum Epigramma mortuo facit, oculos ad arceſſendos ſenſus longiùs mittit. * *

Hoc peracto libenter officio, deſtinatum carpimus iter, ac momento temporis in montem ſudantes conſcendimus, ex quo haud procul impoſitum arce ſublimi oppidum cernimus, nec quid eſſet ſciebamus errantes, donec à villico quodam, Crotona eſſe cognouimus, vrbem antiquiſſimam, & aliquando Italiæ primam. Cùm deinde diligentiùs exploraremus qui homines inhabitarent nobile ſolum, quódve genus negotiationis præcipuè probarent poſt attritas bellis frequentibus opes, O mi, inquit, hoſpites, ſi negotiatores eſtis, mutate propoſitum, aliúdque vitæ præſidium quærite. Sin autem vrbanioris notæ homines ſuſtinetis ſemper mentiri, rectà ad lucrum curritis. In hac enim vrbe non literarum ſtudia celebrantur, non eloquentia locum habet, non frugalitas ſanctíque mores laudibus ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

fructum perueniunt, ſed quoſcunque homines in hac vrbe videritis, ſcitote in duas partes eſſe diuiſos. Nam aut captantur, aut captant. In hac vrbe nemo liberos tollit: quia quiſquis ſuos heredes habet, nec ad ſcenas, nec ad ſpectacula admittitur, ſed omnibus prohibetur commodis, inter ignominioſos latitat. Qui verò nec vxores vnquàm duxerunt, nec proximas neceſſitudines habent, ad ſummos honores perueniunt, id eſt, ſoli militares, ſoli fortiſſimi atque etiam innocentes habentur. Videbitis, inquit, oppidum, tanquàm in peſtilentia campos, in quibus nihil aliud eſt niſi cadauera quæ lacerantur, aut corui qui lacerant * Prudentior Eumolpus conuertit ad nouitatem rei mentem, genúſq; diuinationis ſibi non diſplicere confeſſus eſt. Iocari ego ſenem poëtica leuitate credebam, cùm ille, Vtinam quidem ſufficeret largior ſcena, id eſt, veſtis humanior, veſtimentum latius, quod præberet mendacio fidem. Non mehercules pœnam iſtam differrem, ſed continuò vos ad magnas opes ducerem. Atquin promitto quicquid exigeret, dummodò placeret veſtis rapinæ comes, & quicquid Ligurgi villa graſſantibus præbuiſſet. Nam nummos in præſentem vſum deûm matrem prò fide ſua reddituram. Quid ergo, inquit Eumolpus, ceſſamus mimum componere? Facite ergo me dominum, ſi negotiatio placet.

Nemo

Nemo auſus eſt artem damnare nihil auferentem. Itaque vt duraret inter omnes tutum mendacium, in verba Eumolpi ſacramentum iurauimus, vri, vinciri, verberari, ferróque necari, & quicquid aliud Eumolpus iuſſiſſet, tanquàm legitimi gladiatores domino corpora animáſque religioſiſſimè addicimus. Poſt peractum ſacramentum ſeruiliter ficti dominum conſalutamus, elatúmque ab Eumolpo filium pariter condicimus, iuuenem ingentis eloquentiæ, & ſpei, ideóque de ciuitate ſua miſerrimum ſenem exiiſſe, ne aut clientes ſodaléſque filij ſui, aut ſepulcrum quotidiè cauſam lacrymarum cerneret. acceſſiſſe huic triſtitiæ proximum naufragium, quo ampliùs vicies ſeſtertiûm amiſerit. nec illum iactura moueri, ſed deſtitutum miniſterio non agnoſcere dignitatem ſuam. Prætereà habere in Africa trecenties ſeſtertiûm fundis nominibúſque depoſitum. Nam familiam quidem tam magnam per agros Numidiæ eſſe ſparſam, vt poſſit vel Carthaginem capere. Secundùm hanc formulam imperamus Eumolpo, vt plurimùm tuſſiat, vt ſit modò ſolutioris ſtomachi, cibóſque omnes palàm damnet, loquatur aurum & argentum, fundóſque mendaces, & perpetuam terrarum ſterilitatem. Sedeat prætereà quotidiè ad rationes, tabuláſque teſtamenti omnibus * renouet, &, ne quid ſcenæ deeſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſet, quotieſcuuque aliquem noſtrum vocare tentaſſet, alium pro alio vocaret, vt facile appareret dominum etiam eorum meminiſſe, qui præſentes non eſſent. His ita ordinatis, quod bene felicitérque eueniret precati deos, viam ingredimur. Sed neque Gyton ſub inſolito faſce durabat, & mercenarius Corax detrectator miniſterij, poſita frequentiùs ſarcina maledicebat properantibus, affirmabátque ſe aut proiecturum ſarcinas, aut cum onere fugiturum. Quid vos, inquit, me iumentum putatis eſſe, aut lapidariam nauem; hominis operas locaui, non caballi, nec minùs liber ſum quàm vos, etſi pauperem pater me reliquit. Nec contentus maledictis, tollebat ſubinde altiùs pedem, & ſtrepitu obſcœno ſimul atque odore viam implebat. Ridebat contumaciam Gyton, & ſingulos ſtrepitus eius pari clamore proſequebatur * * * 2
Multos, inquit Eumolpus, ô iuuenes, carmen decepit: nam vt quiſque verſum pedibus inſtruxit, ſenſúmque teneriorem verborum ambitu intexuit, putauit ſe continuò in Heliconem veniſſe. ſic forenſibus miniſte- 2
riis exerciati, frequenter ad carminis tranquillitatem, tanquàm ad portum faciliorem refugerunt, credẽtes faciliùs poëma extrui poſſe, quàm controuerſiam ſententiolis vibrantibus pictam. Ceterùm neque gene- 3
roſior ſpiritus vanitatem amat, neque conci-

pere

pere aut edere partum mens poteſt, niſi ingenti flumine literarum inundata. Effugiendum eſt ab omni verborum, vt ita dicam, vilitate, & ſumendæ voces à plebe ſummotæ, vt fiat, ODI profanum vulgus & arceo. Præterea curandum eſt, ne ſententiæ emineant extra corpus rationis expreſſæ, ſed intecto veſtibus colore niteant. Homerus teſtis, & Lyrici, Romanúſque Virgilus, & Horatij curioſa felicitas. Ceteri enim aut non viderunt viam qua iretur ad carmen, aut verſum timuerunt calcare. Ecce, belli ciuilis ingens opus quiſquis attigerit, niſi plenus literis, ſub onere labetur. Non enim res geſtæ verſibus comprehendendæ ſunt, quod longè meliùs hiſtorici faciunt, ſed per ambages, deorúmque miniſteria, & fabuloſum ſententiarum tormentum præcipitãdus eſt liber ſpiritus; vt potiùs furentis animi vaticinatio appareat, quàm religioſæ orationis ſub teſtibus fides. * tanquam ſi placet hic impetus, etſi nondum recepit vltimam manum.

Orbem iam totum victor Romanus habebat
Qua mare, qua terra, qua ſidus currit vtrunque,
Nec ſatiatus erat. grauidis freta pulſa carinis
Iam peragrabatur. ſi quis ſinus abditus vltrà,
Si qua foret tellus quæ fuluum mitteret aurum,
Hoſtis erat: fatiſque in triſtia bella paratis
Quærebantur opes non vulgo nota placebant
Gaudia non vſu plebeio trita voluptas.
Aſſyria concham laudabat miles in vnda.

Quæſitus tellure nitor certauerat oſtro,
Hinc Numidæ cruſtas, illinc noua vellera Seres,
Atq; Arabum populus ſua deſpoliauerat arua.
Ecce aliæ clades, & læſæ vulnera pacis
Quæritur in ſyluis Mauri fera: & vltimus Ammõ
Afrorum excutitur. ne deſit bellua dente
Ad mortes pretioſa ſuas, premit aduena claſſes
Tigris, & aurata gradiens vectatur in aula,
Vt bibat humanum populo plaudente cruorem.
Heu pudet effari, perituráque prodere fata.
Perſarum ritu malè pubeſcentibus annis
Surripuere viros; exſectáque viſcera ferro
In Venerem fregêre: atque vt fuga mobilis æui
Circumſcripta mora properantes differat annos,
Quærit ſe natura, nec inuenit. omnibus ergo
Scorta placent, fractiq; eneruí corpore greſſus,
Et laxi crines, & tot noua nomina veſtis,
Quæq; virum quærunt. Ecce Afris eruta terris
Citrea menſa, greges ſeruorum, oſtrumq; renidens
Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurum,
Quæ ſenſum turbat, hoſtile ac mobile lignum
Turba ſepulta mero circumuenit: omniáque orbis
Præmia, correptis miles vagus extruit armis.
Ingenioſa gula eſt. Siculo ſcarus æquore merſus
Ad menſam viuus perducitur, inde Lucrinis
Eruta littoribus vendunt conchylia cœnas,
Vt renouent per damna famen iam Phaſidos vnda
Orbata eſt auibus: mutóque in littore tantum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Solæ deſertis adſpirant frondibus auræ.
Nec minor in campo furor eſt, emptiq; Quirites
Ad prędam ſtrepitúmq; lucri ſuffragia vertunt.
Venalis populus, venalis curia Patrum:
Eſt fauor in pretio, ſenibus quoq; libera virtus
Exciderat, ſparſiſq; opibus conuerſa poteſtas.
Ipſáque maieſtas auro corrupta iacebat,
Pellitur à populo victus Cato: triſtior ille eſt
Qui vicit, faſcéſq; pudet rapuiſſe Catoni.
Namq; hoc dedecus eſt populi, morumq́; ruina.
Non homo pulſus erat: ſed in vno victa poteſtas
Romanúmq; decus, quare tam perdita Roma
Ipſa ſui merces erat, & ſine vindice præda.
Prætereà gemino deprenſam gurgite prædam
Fœnoris illuuies, vſúſque exederat æris.
Nulla eſt certa domus, nullum ſine pignore corpus:
Sed veluti tabes tacitis concepta medullis
Intra membra furens curis latrantibus errat.
Arma placent miſeris, detritáq; commoda luxu
Vulneribus reparantur, inops audacia tuta eſt,
Hoc merſam cœno Romam, ſomnoq́; iacentem
Quæ poterant artes ſana ratione mouere,
Ni furor, & bellum, ferróque excita libido?
Tres tulerat Fortuna duces; quos obruit omnes
Armorum ſtrue diuerſa feralis Enyo.
Craſſum Parthus habet: Libyco iacet æquore Magnus:
Iulius ingratam perfudit ſanguine Romam.
Et, quaſi non poſſet tot Tellus ferre ſepulcra,
Diuiſit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Diuiſit cineres, hos gloria reddit honores.
Eſt locus exciſo penitus demerſus hiatu,
Parthenopem inter, magnæq; Dicarchidos arua,
Cocyta perfuſus aqua, nam ſpiritus extra
Qui furit effuſus funeſto ſpargitur æſtu.
Non hæc autumno tellus viret, aut alit herbas
Ceſpite lætus ager: non verno perſona cantu
Mollia diſcordi ſtrepitu virgulta loquuntur:
Sed chaos, & nigro ſquallentia pumice ſaxa
Gaudent ferali circumtumulata cupreſſu.
Has inter ſedes Ditis pater extulit ora,
Buſtorum flammis, & cana ſparſa fauilla,
Ac tali volucrem Fortunam voce laceſſit:
Rerum humanarum, diuinarúmque poteſtas,
Fors, cui nulla placet nimiùm ſecura poteſtas,
Quæ noua ſemper amas, & mox poſſeſſa relinquis:
Ecquid Romano ſentis te pondere victam?
Nec poſſe vlteriùs perituram extollere molem?
Ipſa ſuas vires odit Romana iuuentus,
Et quas ſtruxit opes, malè ſuſtinet, aſpice latè
Luxuriam ſpoliorum, & cenſũ in damna furentẽ.
Ædificant auro, ſedéſq; ad ſidera mittunt.
Expelluntur aquæ ſaxis: mare naſcitur aruis:
Et permutata rerum ſtatione rebellant,
En etiam mea regna petunt. perfoſſa dehiſcit
Molibus inſanis tellus. iam montibus hauſtis
Antra gemunt: & dum varios lapis inuenit vſus:
Inferni manes cœlum ſperare iubentur.
Quare age, Fors, muta pacatum in prælia vultũ,
Romanóſq; cie, ac noſtris da funera regnis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Iam pridem nullo perfundimus ora cruore,
Nec mea Tiſiphone ſitientes perluit artus,
Ex quo Sullanus bibit enſis: & horrida tellus
Extulit in lucem nutritas ſanguine fruges.
Hæc vbi dicta dedit, dextræ coniungere dextram
Conatus, rupto tellurem ſoluit hiatu.
Tunc Fortuna leui defudit pectore voces:
O Genitor, cui Cocyti penetralia parent,
Si modò vera mihi fas eſt impune profari,
Vota tibi cedent. nec enim minor ira rebellat
Pectore in hoc, leuiórq; exurit flamma medullas.
Omnia, quæ tribui Romanis arcibus odi:
Muneribúſque meis iraſcor: deſtruet iſtas
Idem, qui poſuit, moles Deus. & mihi cordi
Quippe cremare viros, & ſanguine paſcere luxum.
Cerno equidem gemina iam ſtratos Marte Philippos,
Theſſaliæq; rogos, & funera gentis Iberæ.
Iam fragor armorum trepidantes perſonat aures.
Et Libyæ cerno tua Nile gementia clauſtra
Actiacóſque ſinus, & Apollinis arma timentes.
Pande age terrarum ſitientia regna tuarum,
Atq; animas arceſſe nouas. Vix nauita Porthmeus
Sufficiet ſimulacra virûm traducere cimba,
Claſſe opus eſt. túque ingenti ſatiare ruina
Pallida Tiſiphone, conciſaq; vulnera mande.
Ad Stygios manes laceratus ducitur orbis.
Vix dum finierat, quum fulgure rupta coruſco
Intremuit nubes, eliſóſque abſcidit ignes.
Subſedit pater vmbrarum, gremioq; reducto
Telluris, pauitans fraternos palluit ictus.

Contò

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Continuò clades hominum venturáq; damna
Auſpiciis patuêre deûm. nánque ore cruento
Deformis Titan vultus caligine texit.
Ciuiles acies iam tum ſpirare putares.
Parte alia plenos extinxit Cynthia vultus,
Et lucem ſceleri ſubduxit. rupta tonabant
Verticibus laſſis montis iuga, nec vaga paſſim
Flumina per notas ibant morientia ripas.
Armorũ ſtrepitu cœlum furit, & tuba Martem
Sideribus tranſmiſſa ciet: iamq; Ætna voratur
Ignibus inſolitis, & in æthera fulmina mittit.
Ecce inter tumulos, atque oſſa carentia buſtis
Vmbrarum facies diro ſtridore minatur.
Fax ſtellis comitata nouis incendia ducit:
Sanguineóq; recens deſcendit Iuppiter imbre.
Hæc oſtenta breui ſoluit Deus. Exuit omnes
Quippe moras Cæſar, vindictæq; actus amore
Gallica proiecit, ciuilia ſuſtulit arma.
Alpibus aëriis, vbi Graio nomine, pulſæ
Deſcendunt rupes, & ſe patiuntur adiri,
Eſt locus Herculeis aris ſacer, hunc niue dura
Claudit hyems, canóq; ad ſidera vertice tollit.
Cælum illinc cecidiſſe putes: non ſolis adulti
Manſueſcit radiis, non verni temporis aura:
Sed glacie concreta rigent, hyemiſq; pruinis
Totum ferre poteſt humeris minitantibus orbem.
Hæc vbi calcauit Cæſar iuga milite læto,
Optauitq; locum, ſummo de vertice montis
Heſperiæ campos latè proſpexit, & ambas
Intentans cum voce manus ad ſidera, dixit:
Iuppiter omnipotens, & tu Saturnia Tellus

Armis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Armis læta meis, olimq́; onerata triumphis:
Teſtor ad has acies inuitum arceſſere Martem,
Inuitas me ferre manus, ſed vulnere cogor,
Pulſus ab vrbe mea dum Rhenum ſanguine vinco,
Dum Gallos iterum Capitolia noſtra petentes
Alpibus excludo: vincendo, certior exul:
Sanguine Germano, ſexagintaq́; triumphis,
Eſſe nocens cœpi, quamquam quos gloria terret,
Aut qui ſunt, qui bella volunt? mercedibus emptæ,
Ac viles operæ, quorum eſt mea Roma nouerca,
Vt reor, haud impune? nec hanc ſine vindice dextram
Vinciet ignauus. victores ite ferentes,
Ite mei comites, & cauſſam dicite, ferro.
Namq́; omnes vnum crimen vocat: omnibus vna
Impendet clades. reddenda eſt gratia vobis:
Non ſolus vici. quare, quia pœna trophæis
Imminet, & ſordes meruit victoria noſtra,
Iudice fortuna cadat alea. ſumite bellum,
Et tentate manus. certè mea cauſſa peracta eſt.
Inter tot fortes armatus neſcio vinci.
Hæc vbi perſonuit, de cælo Delphicus ales
Omnia læta dedit, pepulitq́; meatibus auras.
Nec non horrendi nemoris de parte ſiniſtra
Inſolitæ voces flamma ſonuêre ſequenti.
Ipſe nitor Phœbi vulgato latior orbe
Creuit, & aurato præcinxit fulgure vultus.
Fortior ominibus mouit Mauortia ſigna
Cæſar; & inſolito greſſu prior occupat hauſtus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Prima quidem glacies, & cana iuncta pruina
Non pugnauit humus, mitiq; quieuit honore:
Sed poſtquam turmæ nimbos fregêre ligatos,
Et pauidus quadrupes vndarum vincula rupit,
Incaluêre niues, mox flumina montibus altis
Vndabant modò nata: ſed hæc quoque iuſſa putares:
Stabant, & vincta fluctus ſtupuêre pruina:
Et paulò antè lues iam concidenda iacebat.
Tum verò malefida priùs veſtigia luſit,
Decepitq; pedes. paſſim turmæq;, virique,
Armaq; congeſta ſtrue deplorata iacebant.
Ecce etiam rigido concuſſæ flamine nubes
Exonerabantur, nec rupti turbine venti
Deerant aut tumida confractum grandine cælum:
Ipſæ iam nubes ruptæ ſuper arma cadebant,
Et concreta gelu Ponti velut vnda ruebat.
Victa erat ingenti Tellus niue, victáque cæli
Sidera; victa ſuis hærentia flumina ripis:
Nondum Cæſar erat: ſed magnam nixus in haſtam
Horrida ſecuris frangebat greſſibus arua.
Qualis Caucaſea decurrens arduus arce
Amphitryoniades; aut toruo Iuppiter ore,
Quum ſe verticibus magni demiſit Olympi,
Et periturorum diſiecit tela Gigantum.
Dum Cæſar tumidas iratus deprimit arces:
Intereà volucer motis conterrita pennis
Fama volat, ſummiq; petit iuga celſa Palati:
Atque hoc Romano attonito fert omnia ſigna:
Iam claſſes fluitare mari, totaſq; per Alpes
Feruere

Feruere Germano perfuſas ſanguine turmas.
Arma, cruor, cædes, incendia, totáque bella
Ante oculos volitant. ergo pulſata tumultu
Pectora per dubias ſcinduntur territa cauſſas.
Huic fuga per terras, illi magis vnda probatur,
Et patria eſt Pontus iam tutior. eſt magis, arma
Qui tentata velit; fatiſq; iubentibus actus.
Quantum quiſque timet, tantum fugit. ocyor ipſe
Hos inter motus populus, miſerabile viſu,
Quò mens icta iubet, deſerta ducitur vrbe.
Gaudet Roma fuga, debellatique Quirites
Rumoris ſonitu mœrentia tecta relinquunt.
Ille manu trepida natos tenet: ille penates
Occultat gremio, deploratúmque relinquit
Limen, & abſentem votis interficit hoſtem.
Sunt qui coniugibus mœrentia pectora iungant,
Grandæuoſq; patres, oneriſq; ignara iuuentus
Id, pro quo metuit, tantum trahit. omnia ſecum
Hic vehit imprudens, prædamq; in prælia ducit.
Ac velut ex alto quum magnus inhorruit Auſter,
Et pulſas euertit aquas, non arma miniſtris,
Non regimen prodeſt: ligat alter pondera pinus,
Alter tuta ſinu tranquillaq; littora quærit:
Hic dat vela fugæ, Fortunæq; omnia credit.
Quid tam parua queror? gemino cum Conſule Magnus
Ille tremor Ponti, ſæui quoque terror Hydaſpis,
Et piratarum ſcopulus: modò quem ter ouantem
Iuppiter horruerat, quem fracto in gurgite Pontus,

Et veneratus erat ſubmiſſa Boſporus vnda,
Prò pudor! Imperij deſerto nomine fugit,
Vt Fortuna leuis Magni quoq; terga videret.
Ergo tanta lues diuûm quoq; numina vidit,
Conſenſitque fugæ cœli timor. ecce per orbem
Mitis turba deûm, terras exoſa furentes
Deſerit, atq; hominũ damnatũ auertitur agmen.
Pax prima ante alias, niueos pulſata lacertos
Abſcondit galea victum caput; atq; relicto
Orbe ſagax Ditis petit implacabile regnum.
Huic comes it ſincera Fides, & crine ſoluto
Iuſtitia, ac mœrens lacera Concordia palla.
At contrà, ſedes Erebi qua rupta dehiſcit,
Emergit latè Ditis chorus, horrida Erinnys,
Et Bellona minax, facibúſq; armata Megæra:
Lethumq́; inſidiæq́;, & lurida Mortis imago.
Quas inter Furor, abruptis ceu liber habenis
Sanguineum latè tollit caput, oraq́; mille
Vulneribus confeſſa cruenta caſſide velat.
Hæret detritus læuæ Mauortius vmbo,
Innumerabilibus telis grauis: atq́; flagranti
Stipite dextra minax terris incendia portat.
Sentit terra deos, mutataq́; ſidera pondus
Quæſiuere ſuum. nãque omnis Regia cœli
In partes diducta ruit: primumq́; Dione
Cæſaris acta ſui ducit. comes additur illi
Pallas, & ingentem quatiens Mauortius haſtam:
Magnaq́; cum Phœbo ſoror, & Cyllenia proles
Excipit, ac totis ſimilis Tirynthius actis.
Infremuere tubæ, ac ſciſſo Diſcordia crine
Extulit ad ſuperos Stygium caput, huius in ore
Con

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Concretus ſanguis, contuſaq; lumina flebant.
Stabant ærati ſcabra rubigine dentes:
Tabo lingua fluens, obſeſſa draconibus ora,
Atque intertorto laceratam pectore veſtem
Sanguineam tremula quatiebat lampada dextra.
Hæc vt Cocyti tenebras, & Tartara liquit,
Alta petit gradiens iuga nobilis Appennini,
Vnde omnes terras, atq; omnia littora poſſet
Aſpicere, ac toto fluitantes orbe cateruas,
Atque has erumpit furibundo pectore voces:
Sumite nunc gentes accenſis mentibus arma,
Sumite, & in medias immittite lampades vrbes.
Vincetur quicunque latet, non fœmina ceſſet,
Non puer, aut æuo iam deſolata ſenectus.
Ipſa tremat Tellus, lacerataq; tecta rebellent.
Tu legem Marcelle tene: tu concute plebem
Curio, tu fortem ne ſupprime Lentule Martem:
Quid porrò tu Diue tuis cunctaris in armis;
Non frangis portas? non muris, oppida ſoluis,
Theſauroſq; rapis? neſcis tu Magne tueri
Romanas acies? Epidauria mœnia quære,
Theſſalicoſq; ſinus humano ſanguine tingue,
Factum eſt in terris, quicquid Diſcordia iuſſit.

*

Cùm hæc Eumolpus ingenti volubilitate verborum effudiſſet, tandem Crotona intrauimus: vbi quidem paruo diuerſorio refecti, poſtero die amplioris fortunæ domum quærentes incidimus in turbam heredipetarum, ſciſcitantium quod genus hominum, aut vnde veniremus. Ex præſcripto ergo conſilij

commu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

communis, exaggerata verborum volubilitate, vnde, aut qui eſſemus, haud dubiè credentibus indicauimus. Qui ſtatim opes ſuas ſummo cum certamine in Eumolpum congeſſerunt: certatim omnes muneribus gratiam Eumolpi ſollicitant * * *

Dum hæc magno tempore Crotonę aguntur, & Eumolpus felicitate plenus prioris fortunæ eſſet oblitus ſtatum, adeò vt ſuis iactaret neminem gratiæ ſuæ ibi poſſe reſiſtere, impunéque ſuos, ſi quid deliquiſſent in ea vrbe, beneficio amicorum laturos. Ceterùm ego, etſi quotidie magis magíſque ſuperfluentibus bonis ſaginatum corpus impleueram, putabámque à cuſtodia mei remouiſſe vultum fortunam: tamen ſæpiùs tam conſuetudinem meam cogitabam quàm cauſam, &, Quid, aiebam, ſi callidus captator exploratorem in Africam miſerit, mendaciúmque deprehenderit noſtrum? Quid ſi etiam mercenarius præſenti felicitate laſſus indicium ad amicos detulerit, totámque fallaciam inuidioſa proditione detexerit? Nempe rurſus fugiendum erit, & tandem expugnata paupertas noua mendicitate reuocanda. Dij deæque quàm malè eſt extra legem viuentibus! quicquid meruerunt ſemper expectant.

*

Quia noſti Venerem tuam, ſuperbiam captas, vendíſque amplexus, non commodas.

Quò

Quo enim ſpectant flexæ pectine comæ? quò facies medicamine attrita, & oculorum quoque mollis petulentia? quò inceſſus tutè compoſitus; & ne veſtigia quidem pedum extra menſuram aberrantia, niſi quòd formam proſtituis, vt vendas? Vides me? nec auguria noui, nec Mathematicorum cœlum curare ſoleo: ex vultibus tamen hominum mores colligo, & cùm ſpatiantem vidi, quid cogites, ſcio. Siue ergo nobis vendis quod peto, mercator paratus eſt: ſiue, quod humanius eſt, commodas, effice vt beneficium debeam. Nam quod ſeruum te & humilem fateris, accendis deſiderium æſtuantis. Quædam enim fœminæ ſordibus calent, nec libidinem concitant, niſi aut ſeruos viderint, aut ſtatores altiùs cinctos. harena aliquas accendit, aut perfuſus puluere multo, aut hiſtrio ſcenæ oſtentatione traductus. Ex hac nota domina eſt mea. vſque ab orcheſtra quatuordecim tranſilit, & in extrema plebe quærit quod diligat. Itaque oratione blandiſſima plenus, Rogo, inquam, nunquid illa quæ me amat, tu es? Multum riſit ancilla poſt tam frigidum ſcema: &, Nolo, inquit, tibi tam valdè placeas. ego adhuc ſeruo nunquàm ſuccubui, nec hoc dij ſinant, vt amplexus meos in crucem mittam. Viderint matronæ, quæ flagellorum veſtigia oſculantur: ego, etiamſi ancilla ſum, nunquàm tamen niſi in equeſtribus ſedeo.

Mirari

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Mirari equidem tam diſcordem libidinem cœpi, atque inter monſtra numerare, quòd ancilla haberet matronæ ſuperbiam, & matrona ancillæ humilitatem. Procedentibus deinde longiùs iocis, rogaui ancillam vt in platanona produceret dominam. Placuit puellæ conſilium. itaque collegit altiùs tunicam, flexitque ſe in eum diphona, qui ambulationi hærebat: nec diu morata, dominam producit è latebris, laterique applicat meo mulierẽ omnibus ſimulacris emendatiorem. Nulla vox eſt, quæ formam eius poſſit comprehendere? nam quicquid dixero minus erit. Crines ingenio ſuo flexi, per totos ſe humeros effuderant: frons minima, & quæ radices capillorum retrò flexerat: ſupercilia vſque ad malarum ſcripturam currentia, & rurſus confinio luminum penè permixta: oculi clariores ſtellis extra lunam fulgentibus: nares paululùm inflexæ: & oſculum quale Praxiteles habere Dianã credidit. Iam mentum, iam ceruix, iam manus, iam pedum candor intra auri gracile vinculum poſitus, Parium marmor extinxerat. Itaq; tunc primùm Dorida vetus amator contempſi.

Quid factũ eſt quòd tu proiectis Iuppiter armis,
Inter cœlicolas fabula muta taces?
Nunc erat à torua ſummittere cornua fronte,
Nunc pluma canos diſſimulare tuos.
Hæc vera eſt Danaë, tẽta modò tangere corpus:

Iam tua flammi fero membra calore fluent.

*

Delectata illa riſit tam blandum, vt videretur mihi plenum os extra nubem Luna proferre. Mox digitis gubernantibus vocem, Si non faſtidis, inquit, fœminam ornatam, & hoc primum anno virum expertam, concilio tibi, ô iuuenis, ſororem, habes tu quidem & fratrem: neque enim me piguit inquirere: ſed quid prohibet & ſororem adoptare? eodem gradu venio: tu tantùm dignare & meum oſculum, cùm libuerit, agnoſcere. Immò, inquam ego, per formam tuam te rogo, ne faſtidias hominem peregrinum inter cultores admittere: inuenies religioſum, ſi te adorari permiſeris. Ac, ne me iudices ad hoc templum amoris gratis accedere, dono tibi fratrem meum. Quidni, inquit illa, donas mihi eum, ſine quo non potes viuere; ex cuius oſculo pendes: quem ſic tu amas, quemadmodum ego te volo? Hæc ipſa cùm diceret, tanta gratia conciliabat vocem loquentis, tam dulcis ſonus pertentatum mulcebat aëra, vt putares inter auras canere Sirenum concordiam. Itaque miranti, & toto mihi cœlo clarius neſcio quid relucente, libuit deæ nomen quærere. Ita, inquit, non dixit tibi ancilla mea, me Circen vocari? non ſum quidem Solis progenies; nec mea mater, dum placet, labentis mundi curſum detinuit: habeo tamen quod cœlo imputem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſi nos fata coniunxerint. Imò iam neſcio qui tacitis cogitationibus Deus agit: nec ſine cauſa Polyænon Circe amat. Semper inter hæc nomina magna fax ſurgit. Sume ergo amplexum, ſi placet. neque eſt quod curioſum aliquem extimeſcas: longè ab hoc loco frater eſt. Dixit hæc Circe, implicitúmque me brachiis mollioribus pluma, deduxit in terram vario gramine indutam.

Idæo quales fudit de vertice flores
Terra parens cùm ſe confeſſo iunxit amori
Iuppiter, & toto concepit pectore flammas:
Emicuêre roſæ, violæq́ue, & molle cyperon,
Albáque de viridi riſerunt lilia prato:
Talis humus Venerē molles clamauit in herbas,
Candidiórque dies ſecreto fauit amori.

In hoc gramine pariter compoſiti mille oſculis luſimus, quærentes voluptatem robuſtā.

* *

Quid eſt? inquit. nunquid te oſculum meum offendit? nunquid ſpiritus ieiunio macer; nunquid alarum negligens ſudor? Puto, ſi hæc non ſunt, nunquid Gytona times? Perfuſus ego rubore manifeſto, etiamſi quid habueram virium perdidi, totóque corpore velut laxato, Quæſo, inquam, Regina, noli ſugillare miſerias: veneficio contactus ſum.

*

Dic Chryſis, ſed verum, nunquid indecens ſum? nunquid incompta? nunquid ab aliquo naturali vitio formam meam excœco?

noli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

noli decipere dominam tuam : neſcio quid peccauimus. Rapuit deinde tacenti ſpeculum, &, poſtquàm omnes vultus tentauit quos ſolet inter amantes riſus frangere, excuſſit vexatam ſolo veſtem, raptímq; ædem Veneris intrauit. Ego contrà damnatus, & quaſi quodam viſu in horrorem perductus, interrogare animum meum cœpi an vera voluptate fraudatus eſſem.

Nocte ſoporifera veluti cùm ſomnia ludunt
Errantes oculos, effoſſáque protulit aurum
In lucem tellus, verſat manus improba furtum
Theſauróſque rapit, ſudor quoque perluit ora,
Et mentem timor altus habet, ne fortè grauatũ
Excutiat gremium ſecreti conſcius auri.
Mox vbi fugerunt eluſam gaudia mentem,
Veraq; forma redit, animus quod perdidit optat
Atque in præterita ſe totus imagine verſat.

* *

Itaque hoc nomine tibi gratias ago, quòd me Socratica fide diligis. Non tam intactus Alcibiades in præceptoris ſui lectulo iacuit.

* *

Crede mihi, frater, non intelligo me virum eſſe, non ſentio. funerata eſt pars illa corporis, qua quondam Achilles eram. *

* Veritus puer ne in ſecreto deprehenſus daret ſermonibus locum, proripuit ſe, & in partem ædium interiorem fugit. * * Cubiculum autem meum intrauit Chryſis, codicellóſque mihi dominæ ſuæ reddidit, in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

quibus hæc erant ſcripta: Si libidinoſa eſſem, quærerer decepta: nunc etiam languori tuo gratias ago. In vmbra voluptatis diutiùs luſi, quid tandem agas, quæro, & an tuis pedibus perueneris domum. negant enim medici ſine neruis homines ambulare poſſe. Narrabo tibi adoleſcens, paralyſin caue. nunquàm ego ægrum tam magno periculo vidi. mediusfidius iam periſti. Quòd ſi idem frigus genua manúſque tentauerit tuas, licet ad tubicines mittas. Quid ergo eſt? etiamſi grauem iniuriam accepi, homini tamen miſero non inuideo medicinam. Si vis ſanus eſſe, Gytonem roga: recipies inquam neruos tuos; ſi triduo ſine fratre dormieris. nam quod ad me attinet, non timeo nequis inueniatur, cui minùs placeam. nec ſpeculum mihi, nec fama mentitur. Vale ſi potes. Vt intellexit Chryſis me perlegiſſe totum conuitium: Solent, inquit, hæc fieri, & præcipuè in hac ciuitate, in qua mulieres etiam Lunam deducunt.

Itaque huius quoque rei cura agetur: reſcribe modò blandiùs dominæ, animúmque eius candida humanitate reſtitue. verum enim fatendum eſt, ex qua hora iniuriam accepit, apud ſe non eſt. Libenter quidem parui ancillæ, verbáque codicillis talia impoſui: Polienos Circe ſalutem: Fateor me domina ſæpe peccaſſe: nam & homo ſum, & adhuc iuuenis: nunquàm tamen ante hunc

diem

diem vſque ad mortem deliqui. Habes confitentem reum : quicquid iuſſeris, merui, proditionem feci. hominem occidi, templum violaui. In hæc facinora quære ſupplicium. Siue occidere placet, ferro meo venio : ſiue verberibus contenta es, curro nudus ad dominam. Illud vnum memento, non me, ſed inſtrumenta peccaſſe. paratus miles arma non habui. quis hoc turbauerit, neſcio : forſitan animus anteceſſit corporis moram. forſitan dum omnia concupiſco, voluptatem tempore conſumpſi. non inuenio quod feci. Paralyſin tamen cauere iubes, tanquàm iam maior fieri poſſit, quæ abſtulit mihi, per quod etiam te habere potui. Summa tamen excuſationis meæ hæc eſt : Placebo tibi, ſi me culpam emendare permiſeris. * Dimiſſa cum eiuſmodi pollicitatione Chryſide : curaui diligentiùs noxioſiſſimum corpus, balneóque præterito modica vnctione vſus, mox cibis validioribus paſtus, id eſt, bulbis, cochlearumque ſine iure ceruicibus, hauſi parcius merum. hinc ante ſomnium leuiſſima ambulatione compoſitus ſine Gytone cubiculum intraui. Tanta erat placandi cura, vt timerem ne latus meum frater conuelleret. Poſtero die, cùm ſine offenſa corporis animíque conſurrexiſſem, in idem platanona deſcendi, etiamſi locum inauſpicatum timebam, cœpíque inter arbores ducem tineris expectare Chry-

ſidem. Nec diu ſpatiatus conſederam, vbi heſterno die fueram, cùm illa interuenit, comitem aniculam trahens. Atque, vt me conſalutauit: Quid eſt, inquit, faſtuoſe, ecquid bonam mentem habere cœpiſti? Illa de ſinu licium protulit varij coloris filis intortum, ceruicémque vinxit meam. Mox turbatum ſputo puluerem medio ſuſtulit digito, frontémque repugnantis ſignauit: hoc peracto carmine, ter me iuſſit expuere, térque lapillos coniicere in ſinum, quos ipſa præcantatos purpura inuoluerat, admotíſque manibus tentare cœpit inguinum vires. Dicto citiùs nerui paruerunt imperio, manúſque aniculæ ingenti motu repleuerunt. At illa gaudio exultans, Vides, inquit Chryſis mea, vides quòd alis leporem excitaui. *

Nobilis æſtiuas platanus diffuderat vmbras.
Et circumtonſa trepidanti vertice pinus,
Et baccis redimita daphne, tremulaq́ue cupreſſus.
Has inter ludebat aquis errantibus amnis
Spumeus, & querulo verſabat rore lapillos.
Dignus amore locus, teſtis ſylueſter Iaſdon,
Atque vrbana Progne: quæ circũ gramina fuſa
Et molles violas, cantu ſua rura colebant.

Premebat illa reſoluta marmoreis ceruicibus aureum thorum, myrtóque florenti quietum verberabat. Itaque vt me vidit, paululùm erubuit, heſternæ ſcilicet iniuriæ memor: deinde vt remotis omnibus ſecundùm inuitantem conſedi, ramum ſuper oculos

oculos meos poſuit, & quaſi pariete interiecto audacior facta, Quid eſt, inquit, paralytice, ecquid hodiè totus veniſti? Rogas, inquam ego, potiùs quàm tentas? totóque corpore in amplexum eius immiſſus, non precantis vſque ad ſatietatem oſculis fruor.

* *

Ipſa corporis pulchritudine me ad ſe vocante trahebat ad Venerem. iam pluribus oſculis colliſa labra crepitabant. iam implicitæ manus omne genus amoris inuenerant: iam alligata mutuo ambitu corpora, animarum quoque mixturam fecerant.

* *

Manifeſtis matrona contumeliis verberata, tandem ad vltionem decurrit, vocátque cubicularios & me iubet catorogare. Nec contenta mulier tam graui iniuria mea, conuocat omnes quaſillarias, familiæque ſordidiſſimam partem, ac me conſpui iubet. Oppono ego manus oculis meis, nullíſque precibus effuſis, quia ſciebam quid meruiſſem, verberibus ſputíſque extra ianuam eiectus ſum. Eiicitur & Proſelenos, Chryſis vapulat, totáque familia triſtis inter ſe muſſat, quærítque quis dominæ hilaritatem confuderit.

* *

Itaque penſatis vicibus animoſior verberum notas arte contexi, ne aut Eumolpus contumelia mea hilarior fieret, aut triſtior Gyton. Quod ſolum igitur ſaluo pudore po-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

teram confingere, languorem ſimulare cœpi, conditúſque lectulo, totum ignem furoris in eam conuerti, quæ mihi omnium malorum cauſſa fuerat.

Ter corripui terribilem manu bipennem,
Ter languidior coliculi repentè thyrſo,
Ferrum timui quod trepido malè dabat vſum.
Nec iam poteram, quod modò conficere libebat.
Námque illa metu frigidior rigente bruma
Confugerat in viſcera mille operta rugis.
Ita non potui ſupplicio caput aperire:
Sed furciferæ mortifero timore luſus,
Ad verba, magis quæ poterant nocere, fugi.

Erectus igitur in cubitum, hac ferè oratione contumacem vexaui: Quid dicis, inquam, omnium hominum deorúmque pudor? nam nec nominare quidem te inter res ſerias fas eſt. Hoc de te merui, vt me in cœlo poſitum ad inferos traheres? vt traduceres annos primo florentes vigore, ſenectæque vltimæ mihi laſſitudinem imponeres. Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde. Hæc vt iratus effudi,

Illa ſolo fixos oculos auerſa tenebat:
Nec magis incæpto vultum ſermone mouetur,
Quàm lentæ ſalices, laſſóve papauera collo.

Nec minùs ego tam fœda obiurgatione finita, pœnitentiam agere ſermonis mei cœpi, ſecretóque rubore perfundi, quòd oblitus verecundiæ meæ, cum ea parte corporis verba contulerim, quam ne ad cognitionem

quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

quidem admittere ſeuerioris notæ homines ſolent. Mox perfricata diutiùs fronte, Quid autem ego, inquam, mali feci, ſi dolorem meum naturali conuitio exoneraui? aut quid eſt quod in corpore humano ventri maledicere ſolemus, aut gulæ, capitique etiam cum ſæpiùs dolet? quid? num & Vlyxes cum corde litigat ſuo? Et quidem tragici oculos ſuos tanquàm audientes caſtigant: podagrici pedibus ſuis maledicunt, chiragrici manibus, lippi oculis, & qui offenderunt ſæpe digitos, quicquid doloris habent, in pedes deferunt.

Quid me conſtricta ſpectatis fronte Catones,
Damnatiſque noua ſimplicitatis opus?
Sermonis puri non triſtis gratia ridet,
Quódque facit populus, candida lingua refert.
Nam quis concubitus Veneris, quis gaudia neſcit?
Quis petat in tepido membra calere thoro?
Ipſe pater veri doctus Epicurus in arte
Iuſſit, & hoc vitam dixit habere telos.

Nihil eſt hominum inepta perſuaſione falſius, nec ficta ſeueritate ineptius. Hac declamatione finita Gytona voco, &, Narra mihi, inquam, frater, ſed tua fide? ea nocte, qua te mihi Aſcyltos ſubduxit, vſque in iniuriam vigilauit: an contentus fuit vidua pudicáque nocte? Tetigit puer oculos ſuos, conceptiſſimíſque iurauit verbis, ſibi ab Aſcylto nullam vim factam *

* poſitóque in limine genu, ſic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

deprecatus ſum numina verſu:

Nympharũ Bachique comes, quẽ pulchra Dione
Diuitibus ſyluis numen dedit, inclyta paret
Cui Lesbos, viridiſque Thaſos, quẽ Lydus adorat
Septifluus, templúmque tuis imponit hypæpis:
Huc ades, & Bacchi tutor, Dryadúmq; voluptas,
Et timidas admitte preces: non ſanguine triſti
Perfuſus venio, non templis impius hoſtis
Admoui dextram: ſed inops, & rebus egenis
Attritus, facinus non toto corpore feci. (quæſo
Quiſquis peccat inops, minor eſt reus. Hac prece
Exonera mentem, culpaq; ignoſce minori.
Et quandoque mihi fortunæ arriſerit hora,
Non ſine honore tuum patiar decus: ibit ad aras
Sancte tuas hircus, pecoris pater ibit ad aras
Corniger, & querulæ fœtus ſuis, hoſtia lactens,
Spumabit pateris hornus liquor: & ter ouantem
Circa delubrum greſſum feret ebria pubes.

Cùm hæc ago, ſolertíque cura depoſito meo
caueo, intrauit delubrum anus laceratis cri- 3
nibus nigráque veſte deformis; extráque ve-
ſtibulum me iniecta manu duxit. *

Quæ ſtriges comederunt neruos tuos? aut
quod purgamentum in nocte calcaſti in tri-
uio aut cadauer? Nec à puero quidem te vin- 2
dicaſti: ſed mollis, debilis, laſſus, tanquàm ca-
ballus in cliuo, & operam, & ſudorem perdi-
diſti, nec contentus ipſe peccare, mihi deos
iratos extricaſti

* ac me iterum 3
in cellam ſacerdotis nihil recuſantem per-
duxit,

duxit, impulítque ſuper lectum, & harundinem ab oſtio rapuit: iterúmque nihil reſpondentem mulcauit: ac niſi primo ictu harundo quaſſata verberantis impetum minuiſſet, forſitan etiam brachia mea, capútque fregiſſet. Ingemui ego, vtique propter maſcarpionem, lacrymiſque vbertim manantibus obſcuratum dextra caput ſuper puluinum inclinaui. Nec minùs illa fletu confuſa altera parte lectuli ſedit, ætatíſque longæ moram tremulis vocibus cœpit accuſare, donec interuenit ſacerdos: Quid vos, inquit in cellam meam tanquàm ante recens buſtum veniſtis? vtique die feriarum quo etiam lugentes rident? O, inquit, ô Enothea, hunc adoleſcentem quem vides, malo aſtro natus eſt: nam neque puero, neque puellæ bona ſua vendere poteſt. Nunquàm tu hominem tam infelicem vidiſti: lorum in aqua, non inguina habet. Ad ſummam, qualem putas eſſe, qui de Circes toro ſine volupate ſurrexit? His auditis Enothea, inter vtrunque conſedit, motóque diutiùs capite? iſtum, inquit, morbum ſola ſum quæ emendare ſcio. Et ne putetis perplexè agere, rogo vt adoleſcentulus mecum nocte dormiat, niſi illud tam rigidum reddidero quàm cornu.

Quicquid in orbe vides paret mihi: florida tellus
Cùm volo, ſpiſſatis areſcit languida ſulcis:
Cùm volo, fūdit opes, ſcopulíque atq; horrida ſaxa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Niliacas iaculantur aquas mihi pontus inertes
Summittit fluctus, zephyrique iacentia ponunt
Ante meos ſua flabra pedes. mihi flumina parent,
Hyrcanæque tygres, & iuſſi ſtare dracones.
Quid leuiora loquor? Luna deſcendit imago
Carminibus deducta meis, trepidúſque furentes
Flectere Phœbus equos reuoluto cogitur orbe.
Tantum dicta valent. taurorum flamma quieſcit
Virgineis extincta ſacris: Phœbeïa Circe
Carminibus magicis ſocios mutauit Vlyxis:
Protheus eſſe ſolet quicquid libet: his ego callens
Artibus Idæo frutices in gurgite ſiſtam,
Et rurſus fluuios in ſummo vertice ponam.

Inhorrui ego tam fabuloſa pollicitatione conterritus, anúmque inſpicere diligentiùs cœpi. Ergo exclamat, ò Enothea, imperio parete. deterſiſque curioſè manibus, inclinauit ſe in lectulum, ac me ſemel iterúmque baſiauit. Enothea menſam veterem poſuit in medio altari, quam viuis impleuit carbonibus, & camellam etiam vetuſtate ruptam pice temperata refecit. Tum clauum qui detrahentem ſequutus cum camella lignea fuerat, fumoſo parieti reddidit: mox incincta quadrato pallio cucumam ingentem foco appoſuit, ſimúlque pannum de carnario detulit furca, in quo faba erat ad vſum repoſita, & ſincipitis vetuſtiſſima particula mille plagis dolata. Vt ſoluit ergo licio pannum, partem leguminis ſuper menſam effudit, iuſſitque me diligenter purgare. Seruio ego

uio ego imperio , granáque ſordidiſſimis putaminibus veſtita curioſa manu ſegrego. At illa inertiam meam accuſans improba tollit, dentibúſque folliculos pariter ſpoliat, atque in terram veluti muſcarum imagines deſpuit.

Mirabile quidem paupertatis ingeninm, ſingularúmque rerum quaſdam artes *

Nō Indum fulgebat ebur, quod inhæſerat auro,
Nec iam calcator radiabat marmore terra
Muneribus deluſa ſuis: ſed crate ſaligna
Impoſitum Cereris vacuæ nemus, & noua terræ
Pocula quæ facili vilis rota finxerat actu.
Hinc molli ſtilla latus, & de caudice lento
Vimineæ lances, maculatáque teſta Lyæo:
At partes circa palea ſatiatus inani,
Fortuitóque luto: clauus numerabat agreſtis,
Et viridi iunco gracilis tendebat arundo.
Prætereà quæ fumoſo ſuſpenſa tigillo
Conſeruabat opes humilis caſa, mitia ſorba
Inter odoratas pendebant texta coronas,
Et tymbræ veteres, & preſſis vua racemis.
Qualis in Actæa quondam fuit hoſpita terra
Digna ſacris Hecates, quā Muſa loquētib. annis
Battiadæ veteris mirando tradidit æuo.

*

Dum illa carnis etiam paululùm delibat, & coæquale natalium ſuorum , ſinciput in carnarium furca reponit , fracta eſt putris ſella , quæ ſtaturæ altitudinem adiecerat, anúmque ſuo pondere deiectam ſuper foculum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

culum mittit. frangitur ergo ceruix cucumulæ, ignémque modò conualeſcentem extinguit, * vexat cubitum ipſa ſtipite ardenti, faciémque totam excitato cinere perfudit. Conſurrexi equidem turbatus, anúmque non ſine riſu meo erexi: ſtatímq; ne res aliqua ſacrificium moraretur, ad reficiendum ignem in vicinia cucurri. vix ad caſæ hoſtiolum proceſſeram, cùm ecce tres anſeres ſacri, qui, vt puto, medio die ſolebant ab anu diaria exigere, impetum in me faciunt, fœdéque, ac veluti rabioſo ſtridore circumſiſtunt trepidantem: atque alius tunicam meam lacerat, alius vincula calceamentorum reſoluit, ac trahit: vnus etiam, dux ac magiſter ſæuitiæ, non dubitauit crus meum ſerrato vexare morſu. Oblitus itaque nugarum, pedem menſulæ extorſi, cœpíque pugnaciſſimum animal armata elidere manu: nec ſatiatus defunctorio ictu, morte me anſeris vindicaui.

Tales Herculea Stymphalidas arte coactas
Ad cœlum fugiſſe reor, penéque fluentes
Harpyias, cum Phineo maduere veneno
Fallaces epulæ tremuit perterritus æther
Planctibus inſolitis, confuſáque regia cœli.

Iam reliqui reuolutam, paſſimque per totum effuſam pauimentum collegerant fabam, orbatíque, vt exiſtimo, duce, redierant in templum, cùm ego præda ſimulatque hac vindicta gaudens, poſt lectum, oc-

ciſum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ciſum anſerem mitto, vulnúſque cruris haud altum aceto diluo. Deinde conuitium verens, abeundi formaui conſilium: collectóque cultu meo ire extra caſam cœpi. Nec dum libaueram cellulæ limen, cùm animaduerto Enotheam cum teſto ignis pleno venientem. Reduxi igitur gradum, proiectáque veſte tanquàm expectarem morantem, in aditu ſteti. Collocauit illa ignem caſſis harundinibus collectum, ingeſtíſque ſuper pluribus lignis excuſare cœpit moram, quòd amica ſe non dimiſſiſſet tribus, niſi potionibus è lege ſiccatis. Quid porrò tu, inquit, me abſente feciſti? aut vbi eſt faba? Ego, qui putaueram me rem laude etiam dignam feciſſe, ordine illi totum prælium expoſui, &, ne diutiùs triſtis eſſet, iacturæ penſionem anſerem obtuli. quem anus vt vidit, tam magnum æquè clamorem ſuſtulit, vt putares iterum anſeres limen intraſſe. Confuſus itaque & nouitate facinoris attonitus, quærebam quid excanduiſſet, aut quare anſeris potiùs quàm mei miſereretur. At illa comploſis manibus, Scelerate, inquit, & loqueris? neſcis quàm magnum flagitium admiſeris. Occidiſti Priapi delicias, anſerem omnibus matronis acceptiſſimum. Itaque ne te putes nihil egiſſe, ſi magiſtratus hoc ſcierint, ibis in crucem. Polluiſti ſanguine domicilium meum ante hunc diem inuiolatum, feciſtíque, vt me quiſquis vo-

luerit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

duerit inimicus ſacerdotio pellat. Rogo, inquam, noli clamare: ego tibi pro anſere ſtruthiocamelum reddam. Dum hæc me ſtupente in lectulo ſedet, anſeríſque fatum complorat, interim Proſelenos cum impenſa ſacrificij venit, viſóque anſere occiſo, ſciſcitata cauſſam triſtitiæ, & ipſa flere vehementiùs cœpit, meíque miſereri, tanquàm patrem meum, non publicum anſerem occidiſſem. Itaque tædio fatigatus, Rogo, inquam, expiare manus pretio licet, ſi vos prouocaſſem, etiamſi homicidium feciſſem. Ecce duos aureos pono, vnde poſſitis & deos, & anſeres emere. Quos vt vidit Enothea, Ignoſce, inquit, adoleſcens, ſollicita ſum tua cauſſa: amoris eſt hoc argumentum, non malignitatis. Itaque dabimus operam, ne quis hoc ſciat. Tu modò deos roga, vt illi facto tuo ignoſcant.

Quiſquis habet nummos, ſecura nauiget aura, 1
Fortunámque ſuo temperet arbitrio.
Vxorem ducat Danaëm, ipsúmque licebit
Acriſium iubeat credere, quod Danaëm.
Carmina componat, declamet, concrepet omneis
Et peragat cauſſas ſitque Catone prior. 2
Iuriſconſultus PARET, NON PARET, *habeto,*
Atque eſto quicquid Seruius & Labeo.
Multa loquor. quiduis nummis praſẽtibus opta
Et veniet: clauſum poſſidet arca Iouem. *

Infra manus meas camellam vini poſuit, & 3
cùm digitos pariter extenſos porris apióque
luſtraſ

luſtraſſet ; auellanas nuces cum precatione merſit in vinum : & ſiue in ſummum redierant, ſiue ſubſederant , ex hac coniectum dicebat , nec me fallebat , inanes ſcilicet , ac ſine medulla ventoſas nuces in ſummo humore conſiſtere , graues autem & plenas integro fructu ad ima deferri.

*

Recluſo pectore extraxit fortiſſimum iecur, & inde mihi futura prædixit. Immò , ne quod veſtigium ſceleris ſupereſſet , totum anſerem laceratum verubus confixit, epuláſque etiam lautas paulò antè , vt ipſa dicebat, perituro parauit. Volabant inter hæc potiones meracæ. *

Profert Enothea ſcorteum faſcinum, quod vt oleo & minuto pipere atque vrticæ trito circundedit ſemine, paulatim cœpit inſerere ano meo. Hoc crudeliſſima anus ſpargit ſubinde humore fœmina mea. * Naſturtii ſuccum cum abrotano miſcet, perfuſiſque inguinibus meis viridis vrticæ faſcem comprehendit, omniáque infra vmbilicum cœpit lenta manu cædere *

Aniculæ, quamuis ſolutæ mero ac libidine eſſent, eandem viam tentant , & per aliquos vicos ſecurè fugientem , Prehende furem, clamant. Euaſi tamen omnibus digitis inter præcipitem decurſum cruentatis. *

Chryſis, quæ priorē fortunā tuā oderat, hanc vel cum periculo capitis perſequi deſtinat *

Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Quid huic formæ aut Ariadne habuit, aut Leda ſimile? quid contra hanc Helene, quid Venus poſſet? Ipſe Paris dearum libidinantium iudex, ſi hanc in comparatione vidiſſet tam petulantibus oculis, & Helenem huic donaſſet, & deas. Saltem ſi permitteretur oſculum capere, ſi illud cœleſte ac diuinum pectus amplecti, forſitan rediret hoc corpus ad vires, & reſipiſcerent partes veneficio, credo, ſopitæ. Nec me contumeliæ laſſant: Quòd verberatus ſum, neſcio: quòd eiectus ſum, luſum puto; modò redire in gratiam liceat. *

Torum frequenti tractatione vexaui amoris mei quaſi quandam imaginem *

Non ſolùm me numen, & implacabile fatum
Perſequitur. prius Inachia Tyrinthius ira
Exagitatus, onus cœli tulit: ante profanam
Iunonem Pelias ſenſit: tulit inſcius arma
Laomedon: gemini ſatiauit numinis iram
Telephus: & regnum Neptuni cauit Vlyxes:
Me quoque per terras, per cani Nereos æquor
Helleſpontiaci ſequitur grauis ira Priapi. *

Quærere à Gytone meo cœpi, num aliquis me quæſiſſet. Nemo, inquit, hodiè: ſed heſterno die mulier quædam haud inculta ianuam intrauit: cúmque diu mecum eſſet locuta, & me accerſito ſermone laſſaſſet, vltimò cœpit dicere, te noxam meruiſſe, daturúmque ſeruiles pœnas, ſi læſus in querela perſeueraſſet.

Nondum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Nondum querelam finieram, cùm Chryſis interuenit, amplexúque effuſiſſimo me inuaſit, & , Teneo te, inquit, qualem ſperaueram: tu deſiderium, tu voluptas mea, nunquàm finies hunc ignem, niſi ſanguine extinxeris.

*

Vnus ex nouitiis ſeruulis ſubitò accurrit, & mihi dominum iratiſſimum eſſe affirmauit, quòd biduo iam officio defuiſſem. rectè ergo me facturum, ſi excuſationem aliquam idoneam præparaſſem. Vix enim poſſe fieri, vt rabies iraſcentis ſine verbere conſideret.

*

Matrona inter primas honeſta, Philomela nomine, quæ multas ſæpe hereditates officio ætatis extorſerat, tum anus & floris extincti, filium filiámque ingerebat orbis ſenibus, & per hanc ſucceſſionem artem ſuam perſeuerabat extendere. Ea ergo ad Eumolpum venit, & commendare liberos ſuos eius prudentiæ, bonitatíque credere ſe & vota ſua. Illum eſſe ſolum in toto orbe terrarum, qui præceptis etiam ſalubribus inſtruere iuuenes quotidiè poſſet. Ad ſummam relinquere ſe pueros in domo Eumolpi, vt illum loquentem audirent, quæ ſola poſſet hereditas iuuenibus dari. Nec aliter fecit ac dixerat, filiámque ſpecioſiſſimam cum fratre ephœbo in cubiculo reliquit, ſimulauítque ſe in templum ire ad vota nuncupanda. Eumolpus, qui tam frugi erat, vt illi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

illi etiam ego puer viderer, non diſtulit puellam inuitare ad Pigiciaca ſacra. Sed & podagricum ſe eſſe, lumborúmque ſolutorum omnibus dixerat: & ſi non ſeruaſſet integram ſimulationem, periclitabatur totam penè tragœdiam euertere. Itaque, vt conſtaret mendacio fides, puellam quidem exorauit, vt ſederet ſupra commendatam bonitatem Coraci autem imperauit, vt lectum in quo ipſe iacebat, ſubiret, poſitíſque in pauimento manibus, dominum lumbis ſuis commoueret. Ille lento parebat imperio, puellæque artificium pari motu remunerabat. Cùm ergo res ad effectum ſpectaret, clara Eumolpus voce exhortabatur Coraca, vt ſpiſſaret officium. Sic inter mercenarium amicámque poſitus ſenex, veluti oſcillatione ludebat. Hoc ſemel iterúmque ingenti riſu, etiam ſuo, Eumolpus fecerat. Iraque ego quoque, ne deſidia conſuetudinem perderem, dum frater ſororis ſuæ automata per cloſtellum miratur, acceſſi tentaturus an pateretur iniuriam. Nec ſe reiiciebat à blanditiis doctiſſimus puer, ſed me numen inimicum ibi quoque inuenit. *

Dii maiores ſunt, qui me reſtituerunt in integrum. Mercurius enim, qui animas ducere & reducere ſolet, ſuis beneficiis reddidit mihi quod manus irata præciderat, vt ſcias me gratioſiorem eſſe quàm Proteſilaum, aut quemquam alium antiquorum.

Hæc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Hæc locutus ſuſtuli tunicam, Eumolpóque me totum approbaui. At ille primò exhorruit: deinde, vt plurimum crederet, vtraque manu deorum beneficia tractat. *

Socrates deorum hominúmque * gloriari ſolebat, quòd nunquàm neque in tabernam conſpexerat, nec vllius turbæ frequentioris concilio oculos ſuos crediderat. Adeò nihil eſt commodius, quàm ſemper cum ſapientia loqui. Omnia, inquam, iſta vera ſunt: nec vlli enim celeriùs homines incidere debent in malam fortunam, quàm qui alienum concupiſcunt. Vnde plani autem, vnde lenatores viuerent, niſi aut locellos, aut ſonantes ære ſacellos pro hamis in turbam mitterent? Sicut muta animalia cibo ineſcantur: ſic homines non caperentur ſpe, niſi aliquid morderent

* * * *

Ex Africa nauis, vt promiſeras, cum pecunia tua, & familia tua non venit. Captatores iam exhauſti liberalitatem imminuerunt. Itaque aut fallor, aut fortuna communis cœpit redire ad pœnitentiam ſuam. * *

Omnes qui in teſtamento meo legata habent, præter liberos meos, hac conditione percipient quæ dedi, ſi corpus meum in partes conciderint, & aſtante populo comederint.

Apud quaſdam gentes ſcimus adhuc legem ſeruari, vt à propinquis ſuis conſumantur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

mantur defuncti, adeò quidem vt obiurge-
tur ægri frequenter, quòd carnem ſuam f
ciant peiorem. His admoneo amicos mec
ne recuſent quæ iubeo, ſed quibus anim
deuouerunt ſpiritum meum, eiſdem etia
corpus conſumant. Excœcabat ingens fan
oculos, animóſque miſerorum.
Gorgias paratus erat exſequi *
De ſtomachi tui recuſatione non habe
quod timeam. ſequetur imperium, ſi pro
miſeris illi pro vnius horæ faſtidio multo
rum bonorum penſationem. Operi mod
oculos, & finge te non humana viſcera, ſe
centies ſeſtertium comeſſe. Accedet hu
quòd aliqua inueniemus blandimenta, qui
bus ſaporem mutemus. Neque enim vlla ca
ro per ſe placet, ſed arte quadam corrumpi
tur, & ſtomacho conciliatur auerſo. Quò
ſi exemplis vis quoque probari conſilium
Saguntini oppreſſi ab Hannibale, humana
edere carnes: nec hæreditatem expecta
bant * Petauii idem fecerunt in vltim
fame, nec quicquam aliud in hac epulatio
ne captabant, niſi tantùm ne eſurirent
Cùm eſſet Numantia à Scipione capta, in
uentæ ſunt matres, quæ liberorum ſuorum
tenerent ſemeſa in ſinu corpora. *

*

*

*

Ex

EX PETRONIO REFERVNtur hæc à veteribus quæ in ſuperioris Satyrici fragmentis non extant.

Terẽtianus Maurus de Dimetro Iambico claudo:

At Arbiter diſertus
Libris ſuis frequentat.
Agnoſcere hæc poteſtis
Cantare quæ ſolemus:
„Memphitides puellæ,
„Sacris deum paratæ.
„Tinctus colore noctis
„Manu puer loquaci,
„Ægyptias choreas.

Seruius Honoratus in illud Virg. lib. 3. *Æneid. Auri ſacra fames.* Sacra, ideſt, execrabilis. Tractus ſermo ex more Gallorum. Nam Maſſilienſes quoties peſtilentia laborabant, vnus ſe ex pauperibus offerebat alendus anno integro publicis & purioribus cibis. Hic poſteà ornatus verbenis & veſtibus ſacris circunducebatur per totam ciuitatem cum exſecrationibus, vt in ipſum reciderent mala ciuitatis, & ſic proijciebatur. Hoc autem in Petronio lectum eſt, *Quæ tamen in quibuſdam vetuſtiſſ. exemplaribus non leguntur.*

Idem in illud lib. xij. Auctor ego audendi. Nomina in, tor, ſi à verbo non veniunt, communia ſunt, vt hic & hæc Senator: hic & hæc balneator: licèt Petronius vſurpauerit, Balneatricem dicens.

Diome

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Diomedes lib. iij. Et illud eſt comma,quo Arbiter fecit,tale:

Anus recocta vino
Trementibus labellis.

Vetus interpres Horat. Epo. v. Petronius Pollice vſque ad periculum roſo,*vt monſtraret, inquit, furentem.*

*Sergius in arte ſecunda:*Item Quirites dicit numero tantùm plurali : ſed legimus apud Horatium hunc Quiritem. Vetus nominatiuus hic Quiris.Idem Horat.Quis te Quiritem. Cuius nominatiuus erit hic Quirites, vt dicit Petronius. Quadrigas dicit numero tantùm plurali, ſed Varro dicit numero ſingulari. *Pompeius item in arte* Ait Petronius, hic Quirites numero ſingulari.

Marius Victorinus de metris. Anacreontio & apud nos plerique vſi ſunt, inter quos Arbiter Satyricon ita,Triplici vides vt ortu

Triuiæ rotetur ignis,
Volucríque Phœbus axe
Rapidum pererret orbem.

Hieron. in Epiſt. ad Demetr. illud tanquàm Arbitri citat. Non bene olet,qui bene ſemper olet. *Quod apud Martial. lib. ij. Epig. extat. Sed & alia quadam habent hi auctores inter ſe communia,atq; inter cetera hoc quoque :* Ingenioſa gula eſt:*& alia, quæ ſuo quæq; loco notabimus.*

Priſcianus lib. viij. & x. Petronius: Animam noſtro amplexã in corpore : *vbi ait*, Amplexam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

xam, *paſſiuè dictum.*

Iſidorus lib. v. Etymolog. c. xxxvij. Dolus eſt mentis calliditas, ab eo, quòd deludat. Aliud enim agit, & aliud ſimulat. Petronius aliter exiſtimat, dicens: Quid eſt, iudices, dolus? Nimirum vbi aliquid factum eſt, quod legi ſolet. Habetis ſolum; accipite nunc malum.

Fulgentius lib. I. *Mythol.* Denique huius rei non immemor Petronius ait:

Primus in orbe Deos fecit timor.

Quod & ex Petronio recitat Placidius Lutatius, qui & Lactantius, Statij interpres: putátque hoc ab ipſo Statio mutuatum Arbitrum, apud quem idem hemiſtichium legitur lib. iij. Thebaid.

Idem in fabula de Coruo: Petronius,

Sic contra rerum naturæ munera nota
Coruus maturis frugibus oua refert.

Epigramma amplius poſthac adſcriptum eſt.

Idem lib. II. *Mytholog. in fabula Promethei.*

Vnde & Petronius Arbiter ait:

Cui vultur iecur intimum pererrat,
Et pectus trahit, intimáſque fibras,
Non eſt quem lepidi vocant Poëtæ:
Sed cordis mala, liuor, atque luxus.

Lib. iij. in fabula Myrrhæ & Adonidis: Ideò Venerem amaſſe Adonin dicunt, quòd hoc genus pigmenti (*de ſucco Myrrhæ loquitur*) ſit valdè feruidum. Vnde & Petronius Arbiter ad libidinis concitamentum Myrrhinum ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

poculum bibiſſe refert. Nam & * Furi
Comœdiarum ſcriptor inducit Glycone
meretricem dicentem, Myrrhinum mihi ac
fers, quo virilib⁹ armis occursẽ fortiuncul

*Et pòſt paulò in fabula Apollinis & Marſ
de Mida:* Vnde & Petronius Arbiter ait.

Sic cõmiſſa verens auidus reſerare miniſte

*Et cetera quæ integriora adſcribemus ſuo loc
quibus imitatus videtur Petronius Ouidij locu
ex lib. ij. Metamorph. Extant & apud Io. Salij
ber.lib.iij.Pol.cap.xij.*

Idem Fulgentius in libro Cõtinẽtiæ Virgilian
Tricerberi fabulam iam ſuprà expoſuimu
in modum iurgij forenſíſque litigij poſitam
vnde & Petronius in Euſcio ait, Cerberu
forenſis erat Cauſidicus.

Idem Fulgent. in expoſitione ſermonum antiquorum ad Calcidium Grammaticum: Ferculum
dicitur miſſum carnium : vnde & Petronius:
Ferculum allatum eſt.

Valgia ſunt labellorum obtortiones in ſupinatione, ſicut & Petronius ait: Obtorto
valgiter labello.

Allucinari dicitur vana ſomniare; tractum
ab allucitis, quos nos Conopas dicimus. Petronius, Nam comptum me vernali allucitæ moleſtabant. *

Manubiæ dicuntur ornamenta Regum,
vnde & Petronius ait: Tot Regum manubiæ penes fugitiuum repertæ.

Aumatium dicitur locus ſecretus: vnde &
Pe

Petronius ait, In aumatium memet conieci.

In veteri gloſſario Petri Danielis. Excelſiſſimus dicitur à Petronio in 1. Satyrarum *Et extat locus in hoc noſtro.*

Item, Petronius: Satis conſtaret eos niſi inclinatos non ſolere tranſire cryptam Neapolitanam.

Item, Petronius. Petauróque iubente modò ſuperior.

Et in alio Gloſſ. Suppes ſuppumpis, hoc eſt, ſupinis pedibus. Petron.

Tullia, media vel regia. Petronius.

Citat etiam ex Petronio quædam Pomponius Sabinus Grammaticus Virgilij interpres, quæ in noſtro exemplari extant. Sed plura longè Ioannes Saliſberienſis in libro de nugis Curialium, qui Polycraticus inſcribitur, quæ non adeò facile eſt recognoſcere. Nam nec auctorem ſemper laudat: hæc tamen reſcripſimus. Lib. iij. cap. viij. Totus ferè mundus ex Arbitri noſtri ſententia, mimum videtur implere.

Item: Non duco contentionis funem. dum conſtet inter nos, quòd ferè totus mundus, iuxta Petronium, exerceat hiſtrionem. *Reſpicit fortaſſe ad illud*: Grex agit in ſcena mimum, *&c.*

Idem lib. iiij. cap. v. Narrat Trimalcionis hiſtoriam, & addit quædam ſiue de ſuo, ſiue de integriore exemplari, itémque lib. viij. c. viij.

Vincent. Beluac. lib. xx. Spec. c. xx.

--- ô maxima rerum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Et meritò pietas homini tutiſſima virt
Qui verſus & à Iacobo quodam cognomen
Magni , in ſophologio lib. iiij. c. x. referunt
Et alia quædam à Bartholomæo Vicecomite in
bro Defloratorum. Ex Petronij etiam verſib
quædã mutuatus eſt Erricus Benedicti monach
in libris quos de vita Germani Antiſiodori ad C
rolum Franc. Imp. ſcripſit, maximè ex belli ciu
lis periculo. Non deſunt verò , qui ex iis, quæ ſ
prà retulimus , nonnulla putent eſſe Petronij alt
rius Grammatici , quo auctore & Claſsica à c
lando dicta , apud veterem quendam gloſſogr
phum legimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Sed & hæc quoque viri doctiſſimi inter Petronij Arbitri reliquias retulerunt, quæ vel eorum fide ſuperioribus adiici patiamur: ſed meliora aliquando & emendatiora, quanquàm video in antiquis exemplaribus auctoris nomen pleriſque nullum præferri.

*

Nõ eſt forma ſatis, nec, quæ vult bella videri,
Debet vulgari more placere ſibi.
Dicta, ſales, luſus, ſermonis gratia, riſus,
Vincunt naturæ candidioris opus.
Condit enim formam, quidquid conſumitur artis,
Et, niſi velle ſubeſt, gratia tota perit.

*

Non ſatis eſt, quòd nos mergis furioſa iuuentus:
Tranſuersóſq. rapit fama ſepulta probris?
Anne etiam famuli cognata fæce ſepulti
In teſta merſas luxuriantur opes?
Vilis ſeruus habet regni bona: celláque captì
Deridet feſtram,, Romuleámque caſam.
Iccirco virtus medio iacet obruta cœno:
Nequitiæ claſſes candida vela ferunt.

*

Primus in orbe Deos fecit timor: ardua cælo
Fulmina dum caderent, diſcuſſáque mœnia flammis,
Atque ictus flagraret Athos, mox Phœbus ad ortus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Luſtrata deiectus humo, Lunæque ſenectus
Et reparatus honos: hinc ſigna effuſa pe
orbem,
Et permutatis diſiunctus menſibus annus
Proiecit vitium hoc: atque error iuſſit inani
Agricolas primos Cereri dare meſſis honores:
Palmitibus plenis Bacchũ vincire, Palémque
Paſtorũ gaudere manu. natat obrutus, omni
Neptunus demerſus aqua: Palláſq; cauernas
Vindicat, & voti reus, & qui vendidit vrbem,
Iam ſibi quiſque deos auido certamine finngit.

*

Nolo ego ſemper idem capiti ſuffundere coſtum:
Nec toto ſtomachum conciliare mero.
Taurus amat gramen mutata carpere valle:
Et fera mutatis ſuſtinet ora cibis.
Ipſa dies ideò nos grato perluit hauſtu,
Quòd permutatis hora recurrit equis.

*

Vxor legitimus debet quaſi cenſus amari,
Nec cenſum vellem ſemper amare meum.

*

Inueniat quod quiſque velit. non omnibus vnum eſt
Quod placet. hic ſpinas colligit, ille roſas.

*

Nam nihil eſt, quod non mortalibus adferat vſum.

Re

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Rebus in aduerſis, quæ iacuere, iuuant.
Sic rate demerſa * vulſam deponderat aurẽ,
Remorũ leuitas naufraga membra vehit.
Cùm ſonuêre tubæ, iugulo ſtat diuite ferrum,
Barbara contemni prælia pannus habet.

*

Linque tuas ſedes, alienáque litora quære,
O iuuenis, maior rerum tibi naſcitur ordo.
Ne ſuccumbe malis, te nouerit vltimus Iſter,
Te Boreas gelidus, ſecuráq; regna Canopi,
Quique renaſcentem Phœbum, cernúntque iacentem.
Maior in externas Ithacus deſcendat arenas.

*

Nam citiùs flãmas mortales ore tenebunt,
Quàm ſecreta tegant. quicquid dimittis in aula,
Effluit, & ſubitis rumoribus oppida pulſat.
Nec ſatis eſt vulgaſſe fidem: ſimulatius exit
Proditionis opus, famámq; onerare laborat.
Sic commiſſa ferens auidus reſerare miniſter
Fodit humũ, Regíſq; latentes prodidit aures.
Excepit nam terra ſonos, calamíq; loquentes
Inuenêre Midam, qualem narrauerat index.

*

Fallunt nos oculi, vagíque ſenſus
Oppreſſa ratione mentiuntur.
Nam turris, prope quæ quadrata ſurgit.
Detritis procul angulis rotatur.
Hybleum refugit ſatur liquorem,
Et naris caſiam frequenter odit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Hoc illo magis,aut minùs placere
Non poſſet,niſi lite deſtinata
Pugnarent dubio tenore ſenſus.

*

Somnia, que mentes ludunt volitantibus vmbris,
Non delubra deûm, nec ab æthere numina mittunt,
Sed ſibi quiſque facit. nam quum proſtrata ſopore
Vrguet membra quies, & mens ſine pondere ludit:
Quicquid luce fuit, tenebris agit. oppida bello
Qui quatit, & flammis miſerandas ſæuit in vrbes:
Tela videt, verſáſq; acies, & funera Regum,
Atq; exundantes profuſo ſanguiue campos.
Quin cauſſas orare ſolent, legéſq; forúmque,
Et pauidi cernunt incluſum corde tribunal.
Condit auarus opes, defoſſúmque inuenit aurum.
Venator ſaltus canibus quatit. eripit vndis,
Aut premit euerſã periturus nauita puppim.
Scribit amatori meretrix. dat adultera munus.
Et canis in ſomnis leporis veſtigia latrat.
In noctis ſpatium miſerorum vulnera durãt.

*

Iam nunc ardentes Autumnus fregerat vmbras,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Atque hyemem tepidis ſpectabat Phœbus habenis:
Iam platanus iactare comas, iã cœperat vuas
Adnumerare ſuas deſecto palmite vitis:
Ante oculos ſtabat quicquid promiſerat annus.

*

Sic & membra ſolent auras includere venis,
Quæ penitus merſæ, cùm rurſus abire laborent,
Verberibus rimantur iter: nec deſinit antè
Frigidus ſtrictis qui regnat in oſſib⁹ horror,
Quàm tepidus laxo manauit corpore ſudor.

*

Hæc ait, & tremulo deduxit vertice canos,
Conſecuitq; genas: oculis nec defuit imber.
Sed qualis rapitur per valles improb⁹ amnis
Cũ gelidæ periêre niues, & languidus Auſter
Non patitur glaciem reſoluta viuere terra:
Gurgite ſic pleno facies manauit, & alto
Inſonuit gemitu turbatum murmure pectus.

*

Sic contra rerum naturæ munera nota,
Coruus maturis frugibus oua refert.
Sic format lingua fœtum cùm protulit vrſa,
Et piſcis nullo iunctus amore parit.
Sic Phœbea chelis vinclo reſoluta parentis
Lucinæ tepidis naribus oua fouet.
Sic ſine concubitu textis apis excita cæris
Feruet, & audaci milite caſtra replet.
Non vno contenta valet natura tenore,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Sed permutatas gaudet habere vices.

*

Naufragus eiecta nudus rate, quærit eodem
Percuſſum telo, cui ſua fata legat.
Grãdine qui ſegetes & totum perdidit annum
In ſimili deflet triſtia fata ſinu.
Funera conciliant miſeros, orbíque parentes
Coniungunt gemitus, & facit hora pares.
Nos quoque cõfuſis feriemus ſidera verbis,
Et fama eſt iunctas fortiùs ire preces.

*

Omnia quæ miſeras poſſunt finire querelas
In promptu voluit candidus eſſe Deus.
Vile olus & duris hærentia mora rubetis
Pugnantis ſtomachi compoſuêre famem.
Flumine vicino ſtultus ſitit, & riget Euro
Cùm calidus tepido conſonat igne rogus.
Lex armata ſedet circum fera limina nuptæ,
Nil metuit licito fuſa puella toro.
Quod ſatiare poteſt, diues natura miniſtrat:
Quod docet infrænis gloria, fine caret.

*

Iudæus licèt & porcinum numen adoret,
Et cœli ſummas aduocet auriculas.
Ni tamen & ferro ſucciderit inguinis oram,
Et niſi nudatum ſoluerit arte caput.
Exemptus populo, Graia migrabit ab vrbe,
Et non ieiuna ſabbata lege premet.
Vna eſt nobilitas argumentúmque coloris
Ingenui, timidas non habuiſſe manus.

*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Candida ſidereis ardeſcunt lumina flãmis,
Fundunt colla roſas,& cedit crinibus aurum,
Mellea purpureum depromunt ora ruborem,
Lacteáq; admixtus ſublimat pectora ſanguis:
Ac totus tibi ſeruit honor , formáq; dearum
Fulges,& Venerem cœleſti corpore vincis.
Argento ſtat facta manus , digitíſque tenellis
Serica fila trahens pretioſo ſtamine ludis,
Planta decẽs modicos neſcit calcare lapillos,
Et dura lædi ſcelus eſt veſtigia terra.
Ipſa tuos cùm ferre velis per lilia greſſus,
Nulli * ſternuntum leuiori pondere flores.
Guttura nunc aliæ magnis monilibus ornent,
Aut gemmas aptent capiti:tu ſola placere
Vel ſpoliata potes, Nulli laudabile totum:
In te cuncta probat ſi quiſquã cernere poſſit.
Sirenum cantus,& dulcia plectra Thaliæ.
Ad vocem tacuiſſe reor, qua mella propagas
Dulcia, & in miſeros telum iacularis amoris.
Cor graue vulnus alit,nullo ſanabile ferro.
Sed tua labra meo ſæuum de corde dolorem
Depellãt,morbũq; animæ medicaminis huius
Cura fuget,nec tanta putres violentia neruos
Diſſecet,atq;tuæ moriar pro crimine cauſæ.
Sed ſi hoc grande putas,ſaltẽ cõcede precanti,
Vt iam defunctum niueis ambire lacertis
Digneris,vitámque mihi pōſt fata reducas.

Adiecimus hæc vt Petronij,ne quis deſideraret potiùs,quàm quòd eius eſſe viderentur.

Indica purpureo genuit me litore tellus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Candidus accenſo qua redit orbe dies.
Hîc ego diuinos inter generatus honores,
Mutaui Latio barbara verba ſono.
Iam dimitte tuos, Pæan ô Delphice, cycnos
Dignior hęc vox eſt quę tua templa colat.

*

Aurea mala mihi, dulcis mea Martia, mittis:
Mittis & hirſutæ munera caſtaneæ.
Omnia grata putē: ſed ſi magis ipſa venires,
Ornares donum pulchra puella tuum:
Tu licèt adportes ſtringentia mala palatum,
Triſtia mandenti eſt melleus ore ſapor.
At ſi diſſimulas multum mihi chara venire,
Oſcula cum pomis mitte, vorabo lubens.

*

Si Phœbi ſoror es, mando tibi Delia cauſam
Scilicet vt fratri quæ peto verba feras:
Marmore Sicanio ſtruxi tibi Delphice, templum,
Et leuibus calamis candida verba dedi.
Nunc, ſi nos audis, atque es diuinus Apollo,
Dic mihi, qui nummos non habet, vnde petat?

*

Militis in galea nidum fecêre columbæ,
Adparet Marti quàm ſit amica Venus.

*

Lecto compoſitus vix prima ſilentia noctis.
Carpebam, & ſomno lumina victa dabam:
Cùm me ſanus Amor prenſum ſurſúmque capillis

Ex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Excitat, & lacerum peruigilare iubet.
Tu famulus meus, inquit, ames cùm mille puellas,
Solus, io ſolus, dure iacere potes?
Exſilio, & pedibus nudis, tunicáque ſoluta,
Omne iter impedio, nullum iter expedio.
Nunc propero, nunc ire piget, rursûmque redire
Pœnitet,& pudor eſt ſtare via media.
Ecce tacent voces hominum, ſtrepitúſque viarum.
Et volucrum cantus,turbáque fida canum:
Solus ego ex cunctis paueo, ſomnũmque,torúmque,
Et ſequor imperium magne Cupido tuum.

*

Sit nox illa diu nobis dilecta Nealce,
Quæ te prima meo pectore compoſuit.
Sit torus & lecti genius, ſecretáque longa,
Queis tenera in noſtrum veneris arbitriũ.
Ergo age duremus, quanuis adoleuerit ætas,
Vtamúrque annis, quos mora parua tenet.
Fas & iura ſinunt veteres extendere amores:
Fac, citò quod cœptum eſt, non citò deſinere.

At videatur illud fortaſſe Eumolpi potiùs de muliebri leuitate.

Crede ratem ventis, animũ ne crede puellis,
Námque eſt fœminea tutior vnda fide.
Fœmina nulla bona eſt: vel, ſi bona contigit vlla,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Neſcio quo fato res mala facta bona eſt.

niſi ſit potiùs Porphyrij Poëtæ ſub Conſtantino in exiliū miſſi, cuius pleraque video Petronio noſtro vel à Criticis tribui. At Ciceroni tribuitur in veteri Defloratorum exemplari. Sed cur non & iſtud?

Non eſt falleris hæc beata, non eſt,
Quod vos creditis eſſe, vita, non eſt,
Fulgentes manibus videre gemmas,
Aut teſtudineo iacere lecto,
Aut pluma latus abdidiſſe molli,
Aut auro bibere, & cubare cocco,
Regales dapibus grauare menſas,
Et quicquid Libyco ſecatur aruo
Non vna poſitum tenere cella:
Sed nullos trepidum timere caſus,
Nec vano populi fauore tangi,
Et ſtricto nihil æſtuare ferro:
Hoc quiſquis poterit, licebit illi
Fortunam moueat loco, ſuperbus.

At eſt Pentadij ex Apollodoro magna parte.

Quan

Quandoquidem video inter eruditos conuenire, ex ijs quæ in Priapum leguntur inter Catalecta veterum Poëtarum, nonnulla huius eſſe Petronij: viſum eſt & ea adijcere, ſimul & alia quædam non diſſimilis argumenti.

LVSVS DIVERSORVM POETARVM IN PRIAPVM.

Ad Lectorem.

CArminis incõpti luſus lecture procaces,
Conueniens Latio pone ſupercilium.
Non ſoror hoc habitat Phœbi, non Veſta ſacello,
Nec quæ de patrio vertice nata Dea eſt:
Sed ruber hortorũ cuſtos membroſior æquo,
Qui tectum nullis veſtibus inguen habet.
Aut igitur tunicam parti prætende tegẽdæ:
Aut quibus hanc oculis aſpicis, iſta lege.

Ad Priapum.

Ludens hæc ego teſte te, Priape,
Horto carmina digna, non libello,
Scripſi non nimiùm laborioſê
Nec muſas tamen, vt ſolent Poëtæ,
Ad non virgineum locum vocaui.
Nam ſenſus mihi córque defuiſſet,

Caſtas,

Caſtas, Pieridum chorum, ſorores
Auſo ducere mentulam ad Priapi.
Ergo quicquid, id eſt, quod otioſus
Templi parietibus tui notaui,
In partem accipias bonam rogamus.

Priapus.

Obſcurè poterã tibi dicere, da mihi, quod tu
Des licèt aſſiduè, nil tamẽ inde perit. (lim,
Da mihi quod cupies fruſtra dare forſitan o-
Dum tenet obſeſſas inuida barba genas.
Quódq; Ioui dederat qui raptus ab alite ſa-
Miſcet amatori pocula grata ſuo. (cra
Quod virgo prima cupido dat nocte marito:
Dum timet alterius vulnus inepta loci.
Simplicius multò eſt, da pædicare, Latino
Dicere, quid faciã craſſa Minerua mea eſt.

Ad Priapum.

Obſcœnis rigido Deo tabellas
Ducens ex Elephantidos libellis
Dat donum Lalage: rogátque tentes,
Si pictas opus edat ad figuras.

De Priapo.

Quam puero legem fertur dixiſſe Priapus,
Verſib⁹ hîc infrà ſcripta duobus erit: (bit:
Quod me⁹ hort⁹ habet, ſumas impunè lice-
Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.

Priapus.

Quòd ſim ligneus, vt vides, Priapus,
Et falx lignea, ligneúſque penis:
Prendam te tamen, & tenebo prenſam:
Totámque hanc ſine fraude, quantacũq; eſt,
Tormento

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Tormento, citharáque tenſiorem,
Ad coſtam tibi ſeptimam recondam.

Priapus.

Cùm loquor, vna mihi peccatur littera: nã T,
P, dico ſemper: blæsáque lingua mea eſt.

Ad Matronas.

Matronæ procul hinc abite caſtæ:
Turpe eſt vos legere impudica verba.
Non aſſis faciunt: eúntque recta:
Nimirum ſapiunt, vidéntque magnam
Matronæ quoque mentulam libenter.

Priapus.

Cur obſcœna mihi pars ſit ſine veſte requiris.
Quæro, tegat nullus cur ſua ſigna deus?
Fulmen habet mundi dominus: tenet illud apertè:
Nec datur æquoreo fuſcina tecta Deo.
Nec Mauors illũ per quẽ valet, occulit enſẽ:
Nec latet in tepido Palladis haſta ſinu.
Num pudet auratas Phœbũ portare ſagittas?
Clámve ſolet pharetrã ferre Diana ſuam?
Num tegit Alcides nodoſæ robora clauæ?
Sub tunica virgam num deus ales habet?
Quis Bacchũ gracili veſtẽ prætẽdere thyrſo,
Quis te celata cum face vidit Amor?
Nec mihi ſit crimẽ, quòd mẽtula ſẽper aperta eſt.
Hoc mihi ſi telũ deſit, inermis ero.

Ad Puellam.

Inſulſiſſima quid puella rides?
Non me Praxiteles, Scopáſve fecit:
Nec ſum Phidiaca manu politus:

Sed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Sed lignum rude villicus dolauit:
Et dixit mihi, Tu Priapus eſto.
Spectas me tamen, & ſubinde rides.
Nimirum tibi ſalſa res videtur,
Adſtans inguinibus columna noſtris.

Priapus.

Ne prenſere caue: prenſo nec fuſte nocebo:
    Sæua nec incurua vulnera falce dabo.
Traiectus conto ſic extendêre pedali:
    Vt culum rugas non habuiſſe putes.

Priapus.

Quædam ſerior Hectoris parente,
Cumeæ ſoror, vt puto, Sibyllæ,
Æqualis tibi, quam domum reuertens
Theſeus repperit in rogo iacentem,
Infirmo ſolet huc gradu venire:
Rugoſáſque manus ad aſtra tollens,
Ne deſit ſibi, mentulam rogare.
Heſterna quoque luce, dum precatur,
Dentem de tribus excreauit vnum.
Tolle, inquam, procul, ac iube latere
Sciſſa ſub tunica, ſtoláque rufa,
Vt ſemper ſolet, & timere lucem,
Qui tanto patet indecens hiatu,
Barbato macer eminente naſo,
Vt credas Epicuron oſcitari.

Priapus.

Præcidere puer moneo: futuere puella:
    Barbatum furem tertia pœna manet.

Priapus.

Huc huc, quiſquis es, in dei ſalacis

Diuerti

Diuerti graue ne puta ſacellum.
Et ſi nocte fuit puella tecum:
Hac re quod metuas adire, non eſt.
Iſtuc cœlitibus datur ſeueris.
Nos vappæ ſumus, & puſilla culti
Ruris numina: nos pudore pulſo
Stamus ſub ioue coleis apertis.
Ergo quilibet huc licebit intret
Nigra fornicis oblitus fauilla.

Priapus.

Commiſſo mihi non ſatis modeſtas
Quicunque attulerit manus agello:
Is me ſentiet eſſe non ſpadonem.
Hic inter frutices loco remoto,
Dicat forſitan hæc ſibi ipſe nemo
Præciſum ſciet eſſe me ſed errat:
Magnis teſtibus iſta res agetur.

Ad Priapum.

Qualibus Hippomenes rapuit Schœneïda pomis:
Qualibus Heſperidum nobilis hortus erat:
Qualia credibile eſt ſpatiãtem rure paterno
Nauſicaam pleno ſæpe tuliſſe ſinu:
Quale fuit malum, quòd littera pinxit Acõti,
Qua lecta, cupido pacta puella viro eſt:
Taliacunque puer dominus florentis agelli
Impoſuit menſæ nude Priape tuæ.

Priapus.

Quid mecum tibi circitor moleſte?
Ad me quid prohibes venire furem?
Accedat ſine: laxior redibit.

Priapus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Priapus.

Cõmoditas hæc eſt in noſtro maxima pene
  Laxa quòd eſſe mihi fœmina nulla poteſt

Ad Priapum.

Hic quando Telethuſa circulatrix,
Quæ clunem tunica tegente nulla
Extis aptius, altiúſque motat,
Criſſabit tibi fluctuante lumbo?
Sic vt non modò te Priape poſſet,
Priuignum quoque, ſed mouere Phædræ.

Priapus.

Fulmina ſub Ioue ſunt: Neptuni fuſcina telũ:
  Enſe potẽs Mars eſt: haſta Minerua tua eſt.
Sutilibus Liber committit prælia thyrſis:
  Fertur Apollinea miſſa ſagitta manu.
Herculis armata eſt inuicta dextera claua:
  At me terribilem mentula tanta facit.

Ad Priapum.

Copia me perdit: tu ſuffragare rogatus,
  Indicio nec me prode, Priape, tuo.
Hæc quæcunque tibi poſui vernacula poma,
  De ſacra nulli dixeris eſſe via.

Priapus.

Fœmina ſi furtum faciet mihi, virq; puérque:
  Hæc cunnum, caput hic prębeat, ille nates.

Priapus.

Quicunque hîc violam, roſámve carpet
Furtiuúmve olus, aut inempta poma,
Defectus puerόque fœmináque,
Hac tentigine, quam videtis in me,
Rumpatur precor vſque, mentuláque,

Ne

Ne quicquam ſibi pulſet vmbilicum.

Priapus.

Hic me cuſtodem fœcundi villicus horti
Mandati curam iuſſit habere loci.
Fur habeas pœnam: licèt indignêre, ferámq;
Propter olus, dicas, hoc ego propter olus?

Priapus.

Hoc ſceptrũ, quod ab arbore vt reciſum eſt,
Nulla iam poterit virere fronde:
Sceptrum, quod pathicæ petunt puellæ:
Quod quidam cupiunt tenere reges:
Cui dant oſcula nobiles cynædi:
Intra viſcera furis ibit vſque
Ad pubem, capulúmque coleorum.

Priapus.

Porrò, nam quis erit modus? Quirites,
Aut præcidite ſeminale membrum,
Quod totis mihi noctibus fatigant
Vicinæ ſine fine prurientes,
Vernis paſſeribus ſalaciores:
Aut rumpar: nec habebitis Priapum.
Ipſi cernitis exfututus vt ſim,
Confectúſque, macérque, pallidúſque,
Qui quondam ruber, & valens ſolebam
Fures cædere, quamlibet valentes.
Defecit latus: & periculoſam
Cum tuſſi miſer expuo ſaliuam.

Ad Priapum.

Deliciæ populi magno notiſſima circo
Quintia, vibratas docta mouere nates:
Cymbala cũ crotalis, pruriginis arma, Priapo

Ponit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Ponit,& adducta tympana pulſa manu.
Pro quibꝰ, vt sēper placeat ſpectantibus,orat
Tentáque ad exemplum ſit ſua turba dei

Priapus.

Tu qui non bene cogitas,& ægrè
Carpendo tibi temperas ab horto,
Pædicabere fuſcino pedali.
Quòd ſi tam grauis,& moleſta pœna
Non profecerit:altiora tangam.

Ad Priapum.

Obſcœnis peream, Priape, ſi non
Vti me pudet,improbíſque verbis:
Sed cùm tu poſito deus pudore
Oſtendas mihi coleos patentes?
Cum cunno mihi mentula eſt vocanda.

Ad Priapum.

Falce minax,& parte tui maiore Priape,
Ad fontem, quæſo dic mihi,qua ſit iter.
PR. Vade per has vites, quarum ſi carpſeris vuas,
Cur aliter ſumas,hoſpes habebis aquas.

Priapus.

Donec proterua nil mihi manu carpes,
Licebit ipſa ſis pudicior Veſta
Sin;hæc mei te ventris arma laxabunt,
Exire vt ipſa de tuo queas culo.

Priapus.

Vuis aridior puella paſſis,
Buxo pallidior,nouáque cera,
Collatas ſibi quæ,ſuíſque membris
Formicas facit altiles videri:

Cuius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Cuius viſcera non aperta Tuſcus
Per pellem poterit videre haruſpex.
Quæ ſucco caret: atque petra pumex,
Nemo viderit hanc vt expuentem:
Quam pro ſanguine puluerem, ſcobémque
In venis medici putant habere:
Ad me nocte ſolet venire: & affert
Pallorem, maciémque laruialem.
Ductor ferreus inſularis, æquè
Laternæ videor fricare cornu.

Priapus.

Naiadas antiqui, Dryadéſq; habuère Priapi:
  Et quo tenta Dei vena ſubiret, erat.
Nunc adeò nihil eſt: adeò mea plena libido,
  Vt Nymphas omneis interiiſſe putem.
Turpe quidem factu: ſed ne tentigine rũpar,
  Falce manu poſita, fiet amica manus.

Ad Priapum.

Cùm ſacrum fieret deo ſalaci,
Conducta eſt pretio puella paruo,
Communis ſatis omnibus futura,
Quæ quot nocte viros peregit vna,
Tot verpas tibi dedicat ſalignas.

Priapus.

Pædicabere fur ſemel: ſed idem
Si prenſus fueris bis, irrumabo.
Quòd ſi tertia furta molieris:
Vt pœnam patiare & hanc, & illam,
Pædicaberis irrumaberíſque.

Priapus.

Notas habemus quiſque corporis formas:

Phœbus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Phœbus comoſus: Hercules lacertoſus:
Trahítque Bacchus virginis tener formam
Minerua flauo lumine eſt: Venus pæto:
Frontem comatos Arcadas vides Faunos:
Habet decenteis nuntius deûm plantas:
Tutela Lemni diſpares mouet greſſus,
Intonſa ſemper Æſculapio barba eſt:
Nemo eſt feroci pectoroſior Marte:
Quòd ſi quis inter hæc locus mihi reſtat,
Deus Priapo mentulatior non eſt.

Voti ſolutio.

Cur pictum memorari ſit in tabella
Membrum quæritis, vnde procreamur.
Cùm penis mihi fortè læſus eſſet:
Chirurgíque manum miſer timerem:
Diis me legitimis, nimíſque magnis,
Vt Phœbo, puta, filióque Phœbi,
Curatum dare mentulam verebar.
Huic dixi, fer opem, Priape, parti,
Cuius tu, pater, ipſe par videris,
Qua ſalua ſine ſectione facta,
Ponetur tibi picta, quam leuaris,
Párque, conſimilíſque, concolórque.
Promiſit fore: mentulámque mouit
Pro nutu deus, & rogata fecit.

Priapus.

Simpliciter tibi me quodcunque eſt, dicere oportet:
Natura eſt quoniam ſemper aperta mihi.
Pædicare volo: tu vis decerpere poma.
Quod peto, ſi dederis: quod petis, accipies.

Priapus.

Priapus.

Forma Mercurius poteſt placere:
Forma conſpiciendus eſt Apollo:
Formoſus quoque pingitur Lyæus:
Formoſiſſimus omnium eſt Cupido:
Me pulchra fateor carere forma:
Verùm mentula luculenta noſtra eſt:
Hanc mauult ſibi, quàm deos priores,
Siqua eſt non fatui puella cunni.

Ad Priapum.

Nota Suburanas inter Telethuſa puellas,
Quæ puto de quæſtu libera facta ſuo eſt:
Cingit inaurata penem tibi ſancte corona:
Hũc Pathicæ ſummi numinis inſtar habẽt.

Priapus.

Quiſquis venerit huc, poëta fiat?
Et verſus mihi dedicet iocoſos:
Qui non fecerit, inter eruditos
Ficoſiſſimus ambulet poetas.

Ad Priapum.

Lætus Ariſtagoras natis bene villicus vuis
De cera facta dat tibi poma deus.
At tu ſacrati contentus imagine pomi,
Fac veros fructus ille, Priape, ferat.

Priapus.

Nolite omnia, quæ loquor putare
per luſum, mihi, per iocúmque dici:
Deprenſos ego ter, quatérque fures
Omnes, ne dubitetis, irrúmabo.

Priapus.

Velle quid hanc dicas, quamuis ſim ligneus, (haſtam:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Oſcula dat medio ſiqua puella mihi?
Augure non opus eſt: in me, mihi credite,di-
Vtetur veris vſibus haſta rudis. (xit,

Priapus.

Cùm quendam rigidus deus videret
Feruenti caput vſtulare ferro,
Vt Mauræ ſimilis foret puellæ:
Heus,inquit,tibi dicimus cynæde,
Vras te licèt vſque,torqueáſque:
Num tandem prior es puella,quæſo,
Quàm ſunt,mentula quos habet,capilli?

Priapus.

O non candidior puella Mauro,
Sed morboſior omnibus cynædis,
Pygmæo breuior gruem timenti,
Vrſis aſperior,piloſiórque,
Medis laxior,Indiciſque braccis:
Manes hîc licet,vt libenter ires.
Nam quamuis videar ſatis paratus:
Erucarum opus eſt decem maniplis,
Foſſas inguinis vt teram,dolémque
Cunni vermiculos ſcaturientes

Priapus.

Quicunque veſtrum, qui venitis ad cœnam,
libare nullos ſuſtinet mihi verſus:
Illius vxor,aut amica,riualem
Laſciuiendo languidum precor reddat:
Et ipſe longa nocte dormiat ſolus,
Libidinoſis incitatus erucis.

Priapus.

Quòd partem madidam mei videtis,

Per

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Per quam ſignificor Priapus eſſe:
Non ros eſt, mihi crede, nec pruina:
Sed quod ſponte ſua ſolet remitti,
Cùm mens eſt pathicæ memor puellæ.

Priapus.

Tu quicunque vides circa tentoria noſtra
Non nimiùm caſti carmina plena ioci:
Verſibus obſcœnis offendi deſine: non eſt
Mentula ſubducti noſtra ſupercilij.

Ad Priapum.

Quædam, ſi placet hoc tibi, Priape,
Ficoſiſſima me puella ludit:
Et non dat mihi, nec negat daturam:
Cauſáſque inuenit vſque differendi.
Quæ ſi contigerit fruenda nobis:
Totam comparibus, Priape, noſtris
Cingemus tibi mentulam coronis.

Priapus.

Quid hoc negoti eſt? quaue ſuſpicer cauſa
Venire in hortum plurimos meum fures?
Cùm quiſquis in nos incidit, luat pœnas:
Et vſque curuos excauetur ad lumbos:
Non ficus hic eſt præferenda vicinæ,
Vuæque, quales flaua non legit Crete:
Non mala truncis aſſerenda Picenis,
Pyrúmve, tanto quòd periculo captas,
Magíſque cera luteum noua prunum,
Sorbúmve ventres lubricos moraturum.
Præpingue rami nec mei ferunt morum.
Nucémve longam, quam vocant auellanam,
Amygdalúmve flore purpureo fulgens.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Non braſſicæ * fero guloſior caules,
Betáſue, quantas hortus educat nullus,
Creſcénſue ſemper in ſuum caput portum:
Nec ſeminoſas ad cucurbitas quenquam,
Ad ocymúmue, cucumeréſue humi fuſos,
Venire crede, ſeſſiléſue lactucas:
Nec vt ſalaces nocte tollat erucas,
Mentámque olentem, cum ſalubribus rutis:
Acréſque cæpas, alliúmque fibratum.
Quæ cũcta, quãuis noſtro habemus in ſepto,
Non pauciora proximi ferunt horti.
Quibus relictis, in mihi laboratum
Locum venitis, improbiſſimi fures.
Nimirum apertam conuolatis ad pœnam:
Et vos hoc ipſum, quod minamur, inuitat.

Priapus.

Heus tu, non bene qui manum rapacem
Mandato mihi contines ab horto:
Iam primùm ſtator hic libidinoſus
Alternis ineundo & exeundo
Porta te faciet patentiorem.
Accedunt duo, qui latus tuentur,
Pulchrè penſilibus peculiati.
Qui cùm te malè foderint iacentem?
Ad partem veniet ſalax aſellus,
Nihilo deterius mutoniatus.
Quare qui ſapiet, malum cauebit,
Cùm tantum hic ſciet eſſe mentularum.

Ad Priapum.

Contétus modico Bacchus ſolet eſſe racemo:
Cùm capiant alti vix ſua muſta lacus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Magnáq; fœcundis cùm meſſibus area deſit,
In Cereris crines vna corona datur.
Tu quoq; Diue minor maiorũ exẽpla ſecutꝰ,
Quamuis pauca damus, cõſule poma boni.

Priapus.

E,D,ſi ſcribas, temonémque inſuper addas:
Qui medium D, vult ſcindere, pictus erit.

Priapus.

Credere quis poſſet, falcẽ quoque (turpe fa-
teri)
De digitis fures ſurripuiſſe meis?
Nec mouet amiſſi tam me iactura,pudórque?
Quàm præbent iuſtos altera tela metus.
Quæ ſi perdidero, patria multabor:& olim
Ille tuus ciuis Lampſace,Gallus ero.

Priapus.

Derides quoque fur:& impudicum
Oſtendis digitum mihi minanti.
Heu heu me miſerum quòd iſta lignum eſt,
Quæ me terribilem facit videri,
Mandabo domino tamen ſalaci,
Vt pro me velit irrumare fures.

Priapus.

Cornix & caries,vetuſque buſtum,
Turba & putrida facta ſeculorum,
Quæ forſan potuiſſet eſſe nutrix
Tithoni,Priamíque,Neſtoriſque,
Illis ni pueris anus fuiſſet?
Ne deſit ſibi,me rogat,fututor.
Quid ſi nunc roget,vt puella fiat?
Si nummos tamen hæc habet,puella eſt.

Priapus.

Quicunque fur fefellerit ſidem noſtram,
Effœminato marceat procul culo.
Quæque hæc proterua carpſerit manu poma
Puella, nullum inueniat fututorem.

Priapus.

Prædictum tibi ne negare poſſis,
Si fur veneris, impudicus ibis.

Ad Priapum.

Si quot habes verſus, tot haberes poma, Pria- (pe:
Eſſes antiquo ditior Alcinoo.

Malus.

Quid fruſtra quereris colone mecum
Quod quondam bene fructuoſa malus,
Autumnis ſterilis duobus adſtem?
Non me prægrauat, vt putas, ſenectus:
Nec ſum grandine verberata dura:
Nec gemmas modo germine exeunteis
Seri frigoris vſtulauit aura:
Nec venti, pluuiæve, ſiccitaſve,
Quod de ſe quererer, malum dederunt:
Non ſturnus mihi, graculuſve raptor,
Aut cornix anus, aut aquoſus anſer,
Aut coruus nocuit ſiriculoſus:
Sed quod carmina peſſimi poëtæ
Ramis ſuſtineo laborioſis.

Priapus.

Securi dormite canes: cuſtodiat hortum
Cum ſibi dilecta Sirius Erigone.

Priapus.

Parum eſt mihi miser quod hic fixi ſedem.

Agen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Agente terra per Caniculam rimas,
Siticuloſam ſuſtinens diu æſtatem.
Parum, quod imi perfluunt ſinus imbres:
Et in capillos grandines cadunt noſtros:
Rigetque dura barba iuncta cryſtallo.
Parum, quod acta ſub laboribus luce,
Parem diebus peruigil traho noctem.
Huc adde, quod me terribilem deum fuſte *
Manus ſine arte ruſticæ dolauerunt,
Interque cunctos vltimum deos numen
Cucurbitarum ligneus vocor cuſtos.
Accedit iſtis impudentiæ ſignum,
Libidinoſo tenta pyramis neruo:
Ad hanc puella (pene nomen adieci)
Solet venire cum ſuo fututore:
Quæ vt tot figuras, quot Philenis enarrat,
* Non inuenit, puriginoſa diſcedit.

Priapus.

Quidam mollior anſeris medulla
Furatum venit huc amore pœnæ.
Furetur licet vſque, non videbo.

Ad priapum:

Hic tibi, qui roſtro creſcentia lilia merſit,
Cæditur è tepida victima porcus hara.
Ne tamẽ exanimũ facias pecus omne, Priape;
Horti ſic facias ianua clauſa tui.

Priapus.

Tu quæ, ne videas notam virilem.
Hinc auerteris, vt decet pudicam:
Nimirum, niſi quod times videre,
Intra viſcera habere concupiſcis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Priapus.

Penelopes primam, Didonis prima ſequatur,
Et primam Cani, ſyllaba prima Remi:
Quódq; fit ex illis, mihi tu depréſus in horto
Fur dabis: hac pœna culpa luenda tua eſt.

Priapus.

Ruſticus indoctè ſi quid dixiſſe videbor,
Da veniam: libros non lego: poma lego:
Sed rudis hic dominũ toties audire legẽtem
Conſtituique, meras edidicíq; notas.
Pſoleõ ille vocat, quod nos Pſoloënta vocamus:
Id quod nos culum, coleon ille vocat.
Smerdaleos certè niſi res nõ munda vocatur,
Et pædiconum mentula ſmerdalea eſt.

Priapus.

Quid; niſi Tænario placuiſſet Troica cunno
Mentula: quòd caneret nõ habuiſſet opus.
Mentula Tantalidæ bene ſi non nota fuiſſet:
Nil ſenior Chryſes quod quereretur, erat.
Hæc eadem ſocium tenera ſpoliauit amica:
Quæque erat Æacidæ, maluit eſſe ſuam.
Ille Pelethroniam cecinit miſerabile carmen
Ad citharam, cithara tenſior ipſe ſua.
Nobilis hinc nata nempe incipit Ilias ira:
Principium ſacri carminis illa fuit.
Altera materia eſt error fallentis Vlyſſei,
Si verũ quæras, hunc quoque mouit amor.
Hinc legitur radix, de qua flos aureus exit;
Quem cùm moly vocat, mẽtula moly fuit.
Hinc legimus Circen, Atlãtiadémq; Calypſo
Grandia Dulichij iuſſa tuliſſe viri.

Huius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Huius & Alcinoi mirata eſt filia membrum
  Frondenti ramo vix potuiſſe tegi. (omnis
Ad vetulam tamen ille ſuam properabat : &
  Mens erat in cunno Penelopeia tuo.
Quæ ſic caſta manes, vt iam conuiuia viſas:
  Vtque fututorum ſit tua plena domus.
E quibus vt ſcires quicunque valentior eſſet:
  Hæc es ad arrectos verba locuta procos:
Nemo meo melius neruum tendebat Vlyſſe:
  Siue illi laterum, ſeu fuit artis opus.
Qui quoniã periit, modò vos intẽdite: qualẽ
  Eſſe virum ſciero, vir ſit vt ille meus.
Hac ego Penelope potui tibi lege placere:
  Illo ſed nondum tempore factus eram.

Priapus.

Dum fici tibi ſuauitas ſubibit.
Et iam porrigere huc manum libebit:
Ad me reſpioe fur, & æſtimato,
Quot pondo tibi mentula eſt cacanda:

Priapus.

Illuſit mihi pauper inquilinus,
Qui libum dederat, moláque fuſa,
Quare partibus additis in ignem
Sacro protinus hinc abir peracto.
Vicini canis huc ſubinde venit
Nidorem puto proſecuta fumi:
Quæ libamine mentulæ comeſo,
Tota nocte mihi litat rigendo.
At vos amplius hoc loco cauete
Quicquam ponere, ne famelicorum
Ad me turba velit canum venire:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Ne, dum me colitis, meúmque numen,
Cuſtodes habeatis irrumatos.

Priapus.

Si commiſſa meæ carpes pomaria curæ
Dulcia: quid doleam perdere, doctus eris.

Ad priapum.

Cura Priape diligens pomarium;
Furi rubricato minare mutino.

Priapus.

Quòd mouear non eſt: quia ſi furaberis ipſ[e]
Grandia mala, tibi bracchica mala dabo.

Priapus.

Obliquis pathicæ quid me ſpectatis ocellis?
Nõ ſtat in inguinibus mentula tenta meis
Quæ tamẽ exanimis nũc eſt, & inutile lignũ
Vtilis hæc, aram ſi dederitis, erit.
Per medios ibit pueros, mediáſque puellas
Mentula: barbatis non niſi ſumma petet.

Ad priapum.

Dodona eſt tibi Iuppiter ſacrata:
Iunoni Samos, & Mycena Diti:
Vndæ Tænaros æquoríſque Regi.
Pallas Cecropias tuetur arces.
Delphos Pythius orbis vmbilicum:
Creten Delia, Cynthióſque colles:
Faunus Mænalon, Arcadúmque Syluas.
Eſt tutela Rhodos beata Solis.
Gades Herculis, humidúmque Tibur.
Cyllene celeri deo niuoſa:
Tardo gratior æſtuoſa Lemnos.
Ætneæ Cererem nurus frequentant:

Raptam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Raptam Cyzicos oſtreoſa Diuam:
Formoſam Venerem Gnidos,Paphóſque:
Mortales tibi Lampſacum dicarunt.

Priapus.

Quòd ſim iam ſenior,meúmque canis
Cum barba caput albicat capillis:
Deprenſos ego perforare poſſum
Tithonum,Priamúmque,Neſtorémque.
Immanem ſtomachum mihi videtis,
Qui denſam facitis ſubinde ſepem;
Et fures prohibetis huc adire.
Hoc eſt lædere,dum iuuatis:hoc eſt
Non admittere ad aucupem volucres.
Obſtructa eſt via:nec licet iacenti
Iactura natis expiare culpam.
Ergo qui priùs vſque & vſque & vſque
Furum ſcindere podices ſolebam,
Per noctes aliquot,diéſque ceſſo:
Pœnas do quoque, quod ſatis ſupérque eſt.
In ſenemque abeo:ſalaxque quondam
Non vitam perago.quis hoc putaret,
Vt luſu citharœdus abſtineret?
At vos ne peream ſitu ſenili,
Quæſo deſinite eſſe diligentes.
Néve imponite fibulam Priapo.

Priapus.

At dij, deæque dentibus tuis eſcas
Negent amicas cunnilinge vicine:
Per quem puella fortis antè,nec mendax,
Et quæ ſolebat impigro celer paſſu
Ad nos venire:nunc miſella Landace

Vix poſſe iurat ambulare præ foſſis.

Ad Priapum.

Priape, quod ſis faſcino grauis tento,
Quod exprobrauit hic tibi ſuo verſu
Poëta noſter: erubeſcere hoc noli.
Non eſt poëta ſarcinoſior noſtro.

Priapus.

At nō longa ſatis, nō ſtat bene mĕtula craſſa
Et quam ſi tractes, creſcere poſſe putes.
Me miſerum cupidas fallit menſura puellas
Non habet hæc aliud mentula maius eo.
Vtilior Tydeus: qui, ſi quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore paruus erat.
Sed potuit damno nobis nouitáſq; pudórque
Eſſe: repellendus ſæpiùs iſte mihi.

Ad Priapum.

Dum viuis, ſperare decet: tu ruſtice cuſtos
Huc ades, & neruis tente Priape faue.

Ad Priapum.

Villicus, ærarj quondam, nunc cultor agelli,
Hæc tibi Perſpectus templa, Priape, dico.
Pro quibus officiis ſi fas eſt, Sancte, paciſcor,
Aſſiduus cuſtos ruris vt eſſe velis:
Improbus vt ſi quis noſtrum violarit agellū,
Hūc tu, ſed tento: ſcis puto, quod ſequitur.

Tibullus ad Priapum de Inertia inguinis,

Quid hoc noui eſt? quid ira nuntiat deum?
Silente nocte candidus mihi puer
Tepente cùm iaceret abditus ſinu,
Venus fuit quieta: nec viriliter
Iners ſenile penis extulit caput.

Placet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Placet Priape,qui ſub arboris coma
Soles reuinctus ſacrum pampino caput,
Ruber ſedere cum rubente faſcino.
At ô Priape ſæpe floribus nouis
Tuas ſine arte deligauimus comas:
Abegimúſque voce ſæpe,cùm tibi
Senéxue coruus,impigérue graculus
Sacrum feriret ore corneo caput.
Vale Priape:debeo tibi nihil,
Vale nefande deſtitutor inguinum.
Iacebis inter arua ſquallidus ſitu,
Caníſque fœdus vſque imminget,aut tibi
Lutoſa ſus fricabit oblitum latus.
Sceleſte penis,ô cui meum malum
Graui,piáque lege noxiam lues,
Licèt querare:nec tibi tener puer
Patebit vllus:ingemente qui toro
Iuuante verſet arte mobilem natem.
Puella nec iocoſa te leui manu
Fouebit,apprimétve lucidum femur.
Bidens amica Romuli ſenis memor
Paratur:inter atra cuius inguina,
Vacuáque pelle,tectus inguinum gelu
Araneoſus obſidet fores ſitus.
Tibi hæc paratur:vt tuum ter,& quater
Voret profunda foſſa lubricum caput
Licebit æger,aut languentior cubes.
Tereris vſque,donec ah miſer,miſer
Triplex,quadrupléxque compleas ſpecum.
Superbia iſta proderit nihil:ſimul
Vagum ſonante merſeris caput luto

Quid

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Quid eſt iners? pigetne lentitudinis?
Licebit hoc inultus auferas ſemel.
Sed ille cùm redibit aureus puer:
Simul ſonanti ſenſeris iter pede,
Repentè neruos excitet libidine,
Et inquietus inguina arrigat tumor:
Neque hinnitare ceſſet, vſque dum mihi
Venus iocoſa molle ruperit latus.

Priapus.

Vere roſa, autumno pomis, æſtate frequentor
Spicis: vna mihi eſt horrida peſtis hyems.
Nã frigus metuo: & vereor, ne ligneus ignem
Hac deus ignaris præbeat agricolis.

C. Valerij catulli Priapus.

Ego hæc, ego arte fabricata ruſtica,
Ego arida, ô viator, ecce populus,
Agellulum hunc, ſiniſtra tute quem vides,
Heríque villulam, hortulúmque pauperis,
Tueor: maláſque furis arceo manus.
Mihi corolla picta vere ponitur:
Mihi rubens ariſta ſole feruido:
Mihi virente dulcis vua pampino:
Mihi glauca duro cocta oliua frigore,
Meis capella delicata paſcuis
In vrbem adulta lacte portat vbera.
Meíſque pinguis agnus ex ouilibus
Grauem domum remittit ære dexteram.
Teneráque matre mugiente vaccula
Deûm profundit ante templa ſanguinem:
Proin viator hunc deum vereberis,
Manúmq; ſurſum habebis. hoc tibi expedit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Parata nánque crux eſt arte mentula.
Velim pol,inquis. at pol ecce villicus
Venit:valenti cui reuulſa brachio
Fit iſta mentula apta claua dexteræ.

Eiuſdem Catulli Priapus.

Hunc ego iuuenes locũ, villulámq; paluſtrẽ,
Tectam vimine iunceo, caricíſque maniplis,
Quercus arida,ruſtica conformata ſecuri
Nutriui:magis,& magis vt beata quotannis.
Huius nã domini colunt me,deúmq; ſalutãt,
Pauperis tugurij pater,filiúſque,
Alter aſſidua colens,diligentia,vt herba
Dumoſa, aſperáque à meo ſit remota ſacello:
Alter parua ferẽs manu ſẽper munera larga,
Florido mihi ponitur picta vere corolla
Primitu,& tenera virens ſpica mollis ariſta:
Luteæ violæ mihi,luteúmque papauer,
Pallentéſq;cucurbitæ,& ſuaue olentia mala,
Vua pampinea rubens educata ſub vmbra.
Sanguine hanc etiam mihi,ſed iacebitis,aram
Barbat⁹ linit hircul⁹,cornipéſq;capella, (po
Pro queis omnia honorib⁹ hæc neceſſe Pria-
Præſtare,& dominĩ hortulũ,vineámq;tueri.
Quare hinc ô pueri malas abſtinete rapinas.
Vicinus propè diues eſt, negligénſq; Priapus.
Inde ſumite.ſemita hæc deinde vos feret ipſa.

Eiuſdem Ad priapum.

Hunc lucum tibi dedico conſecróq;Priape,
Qua domus tua Lãpſaci eſt,quáq;Sylua Pria-
Nã te præcipuè in ſuis vrbib⁹ colit ora (pe:
Helleſpontia,ceteris oſtreoſior oris.

VETE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

VETERVM QVORVNDAM POETARVM ERRONES VENERII.

Lectori.

QVI mos veteribus cùm deſperatos ante ianuas collocarent, vt vel extremum ſpiritũ redderẽt terræ, vel poſſent à tranſeuntibus fortè curari, idem mihi conſiliũ fuit in deponendis huius poëmatis, ſanè antiqui, ſiue Catulli, ſiue alterius ſit, reliquiis, quarum ego ſalutem commendatam cupio vel Medicorũ pueris, dum qua fide à nobis exhibẽtur de vetuſtiſſimo, ſed vnico exemplari, eadem, vt par eſt, ab omnibus tractentur.

* * *

Cras amet qui nunquàm amauit, quique amauit cras amet.
Ver nouum, ver iam canorũ, ver natas orbis (eſt.
Vere concordant amores, vere nubent alites.
Et nemus comam reſoluet de maritis imbribus.
Cras amorem copulatrix inter vmbras arbo- (rum
Inplicat gazas virentes de flagello myrteo.
Cras Dione iura dicit fulta ſublimi throno.
Cras amet qui nunquam amauit, quique amauit cras amet.
Tuno quiuore deſuper huc ſpumeo pont' de (glouo
Cærulas inter cateruas, inter & bipedes equos
Fecit vndantem Dione de maritis imbribus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Cras amet qui nunquàm amauit, quíque
amauit cras amet. (ribus,
Ipſa gemmas purpurantem pingit annũ flo-
Ipſa ſurgentis papillas de faboni paritu
Viguet in totos pentes, ipſa roris lucidi
Noctis aura quem relinquit ſpargit vmentis
aquas. (pondere
* Et me canat lacryme trementes detadum
Gutta præceps orbe paruo ſuſtinet caſus
ſuos.
In pudorem florulentæ prodiderũt purpuræ.
Vmor ille quem ſerenis aſtra rorãt noctibus
Manè virgineas papilla ſoluit vmenti peplo.
* Ipiuſſit manè tuæ virgines nubant roſæ
Fuſta priùs de cruore, déque amoris oculis,
Déq; gẽmis, deq; flãmis, déq; ſolis purpuris.
Cras ruborem qui latebat veſte tectus ignea
Vnica marito nodo non pudent ſoluere.
Cras amet qui nunquàm amauit, quíque
amauit cras amet.
Ipſa Nymphas diua loco iuſſit ire myrteo,
Et puer comis puellis. nec tamẽ credi poteſt,
Eſſe amorem feriatum ſi ſagittas vexerit.
Ite Nymphæ, poſuit arma, feriatus eſt Amor,
Iuſſus eſt inermis ire, durus ire iuſſus eſt,
Neu quid arcu, neu ſagitta, neu quid igne
læderet. (cher eſt.
Sed tamẽ Nymphæ cauete, quòd Cupido pul-
Totꝰ eſt inermis idẽ quando nudus eſt Amor.
Cras amet qui nunquàm amauit, quíque
amauit cras amet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Cōpari Venus pudore mittit ad te virgines.
Vna res eſt quam rogamus, cede virgo Deli:
Vt nemus ſit incruentū de ferinis ſtragibus.
Ipſa vellet vt venires ſi deceret virginem.
Iam tribus choros videres feriatis noctibus
Congreges inter cateruas ire per ſaltus tuo
Floreas inter coronas, myrteas inter caſas.
Nec Ceres, nec Bacchus abſunt, nec poët:
rum deus
* Detinent, & tota nox eſt peruigilia cātici
Regnet in Syluis Dione, tu recede Delia.
Cras amet qui nunquàm amauit, quíque
amauit cras amet.
Iuſſit Hyblæis tribunal ſtare diua floribus:
Præſes ipſa iura dicit, adſederūt Gratiæ: (li
Hybla totos fūde flores quidquid annis adt
Hybla florum rumpereſt equant' ethne cāp
Ruris hic erunt puellæ, vel puellæ montiun
Quæque ſyluas, quæque lucos: quæque moı
tes incolunt:
Iuſſit omnes adſidere pueri mater alitis,
Iuſſit & nullo puellas nil amori credere.
Cras amet qui nunquàm amauit, quíqu
amauit cras amet. (ribu
* Et rigentibus vergentes ducat vmbras flo
Cras erit qui prim' æther copulauit nuptia
Vt pātrotis crearet vernis annum nubibus
In ſinum maritus imber fluctus alma & co
iugis (po
Vt fletus immixtus omnis aleret magno co
Ipſa vernas atque mentem permeante ſpirit
Intus occultis gubernat procreatrix viribu
Pc

Perque cælũ,pérq;terras,pérq;pontum ſubdi-
Peruium ſui tenorẽ ſeminali tramite (tum,
Inbuit, iuſſitq; mundum noſſe naſcendi vias.
Cras amet qui nunquàm amauit, quíque
amauit cras amet.
Ipſa troianos nepotes in Latino tranſtulit.
Ipſa Laurentẽ puellam coniugem nato dedit
Móxq;Marti de ſacello dat pudicã virginem.
Romuleas ipſa fecit cum Sabinis nuptias.
Vnde Rames & Quirites, próque prole po-
ſterum (rem,
Romuli matrem crearet & nepotem Cæſa-
Cras amet qui nunquàm amauit, quíque
amauit cras amet. (tiunt:
Rura fœcundat voluptas : rura Venerem ſen-
Ipſe amor puer Dionæ rure natus dicitur.
Hunc ager cùm parturiret ipſa, ſuſcepit ſinu,
Ipſa florum delicatis educauit oſculis.
Cras amet qui nunquàm amauit, quique
amauit cras amet.
Ecce iam ſuper geneſtas explicat Aonii latus.
* Quiſque tuus quo tenetur cõiugali fœdere
Subter vmbras cũ maritis ecce balãtũ gregũ:
Et canoras non tacere diua iuſſit alites.
Iam loquaces ore rauco ſtagna cygni per-
ſtrepunt: (puli.
Adſonante aërei puellæ ſubter vmbram po-
Vt putas motus amoris ore dici muſico?
E & neges queri ſororem de marito barbaro?
Illa cãtat, nos tacemus,quãdo ver venit meũ:
* Quando faciã vt celidõ vt taceret deſinam
Perdi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Perdidi muſam tacendo, nec me Phœbu
reſpicit.
Sic Amiclas, cùm tacerent, perdidit ſilentiũ
Cras amet qui nunquàm amauit, quíque
amauit cras amet.

Explicit peruigilium Veneris.

Floridi de qualitate vitæ.

*

Bacche vitium repertor plenus adſis vitibus,
Effluas dulcẽ liquorem cõparandum nectari
Cõditúmq; fac vetuſtũ ne malignis ſuennli
Aſperũ dicat ſaporem verſus vſus in alteros

*

Omnis mulier intra pectus celat virus peſti-
lens. (noxio
Dulce de labris loquuntur, corde viuun

*

Sic Apollo, deinde Liber, ſic videtur ignifer
Ambo ſunt flammis creati proſatíque ex ig-
nibus.
Ambo de comis calorem & radio conſerunt
Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras
pectoris. * (piri
Quando ponebam uouellas arbores mali &
Cortici ſummæ notaui nomen ardoris mei
Nulla fit exinde finis vel quies cupidinis.
Creſcit arbor, gliſcit arbor, ramus implet li-
* (teras.
Qui mali ſunt, nõ fuêre matris ab aluo mali:
Sed malos faciunt malorũ falſa contubernia.

Sperne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

*

Sperne mores tranſmarinos, mille habent of-
fugia. (ctiùs.
Ciue Romano per orbem nemo viuit re-
Quippe malim vnum Catonem, quàm CCC

* (Socratas.

Tam malum eſt habere nummos, non habe-
re quàm malum eſt. (ſemper pauere.
Tã malũ eſt audere ſemper, quàm malum eſt
Tam malũ eſt tacere multùm, quàm malum
eſt multum loqui. (eſt vxor domi.
Tam malum eſt foris amica, quàm malum
Nemo non hæc vera dicit, nemo non contrà

* (facit.

Conſules fiunt quotãnis & noui Proconſules:
Solus aut Rex, aut Poëta non quotannis na-

Valerij Æditui. (ſcitur.

Dicere cũ conor curã tibi, Pamphila, cordis;
Quid mi abs te quærã, verba labris abeunt:
Per pectus miſerũ manat ſubitò mihi ſudor.
Si taceo, ſubidus, duplo ideò pereo.

Eiuſdem.

Quid faculam præfers, Phileros, qua nil opus nobis?
Ibimus; hoc lucet pectore flamma ſatis.
Iſtam nã poris eſt vis ſæua extinguere venti,
Aut imber cælo candidu' præcipitans:
At contra hunc ignem Veneris, niſi ſi Venus ipſa,
Nulla eſt, quæ poſſit vis alia opprimere.

Portij Licini.

Cuſtodes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Cuſtodes ouiũ,teneræq; propaginis agnûm,
Quæritis ignem? ite huc. quæritis? igni homo eſt.
Si digito attigero,incẽdã ſyluã ſimul omnẽ.
Omne pecus flãma eſt,omnia quæ video.
Q. Catuli.
Conſtiteram exorientem auroram fortè ſalu(tans
Cùm ſubitò à læua Roſcius exoritur.
Pace mihi liceat,cæleſtes,dicere veſtra:
Mortalis viſuſt pulchrior eſſe deo.
Eiuſdem.
Aufugit mi animus,credo. vt ſolet,ad Theo(timum
Deuenit.ſic eſt:perfugium illud habet.
Quòd ſi non interdixem, ne illum fugitiuum
Mitteret ad ſe intrò,ſed magis eiiceret?
Ibimu' quæſitum.verùm ne ipſi teneamur,
Formido.quid ago?da Venu' conſilium.
C.Cæſ.Octauiani Auguſti.
Quod futuit Glaphyren Antonius,hanc mihi pœnam
Fuluia conſtituit,ſe quoque vti futuam.
Fuluiã ego vt futuã? quid,ſi me Manius oret,
Pædicem, faciam?non puto,ſi ſapiam.
Aut futue, aut pugnemus, ait. quid, ſi mihi vita
Charior eſt ipſa,mentula?Signa canant.
C.Mæcenatis Cilnij.
Debilem facito manu,
Debilem pede, coxa:
Tuber adſtrue gibberum,
Lubricos quate dentes,

Vita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Vita dum ſupereſt, bene eſt.
Hanc mihi, vel acuta
Si ſedam cruce, ſuſtine.

*

Dum dubitat natura marē faceréтne puellam,
Factus es, ô pulcher, penè puella puer.

Galieni Imp. Epithalamium.

Ite; agite, ô iuuenes: pariter ſudate medullis
Omnibus inter vos. non murmura veſtra columbæ,
Brachia non hederæ, nō vincāt oſcula cōchæ.
Ludite, ſed vigiles nolite extinguere lychnos.
Omnia nocte vident, nil cras meminêre lucernæ.

L. Pomponij.

Ridiculuſt quem te Caſcam tua dicit amica.
Fili potoni ſeſquiſenex puerum.
Dic illam puſam. ſic fiet, Mutua muli.
Nam verè es puſus tu, tua amica ſenex.

In C. Cæſarem.

Vrbani ſeruate vxores, mœchum caluum adducimus.
Aurū in Gallia effutuiſti. hinc sūpſiſti mutuū.

In eundem.

Gallias Cæſar ſubegit, Nicomedes Cæſarem.
Ecce Cæſar nūc triumphat, qui ſubegit Gallias;
Nicomedes nō triūphat, qui ſubegit Cæſarē.

Aſinij Galli.

Qui caput ad læuam deicit, gloſſemata vobis
Præcipit. os nullum: vel potiùs pugilis.

Semi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

*

Semicapri quicunque ſubis ſacraria Fauni,
Hæc lege Romana verba notata manu.
Herſilus hîc iaceo, mecum Marulla quieſci
Quæ ſoror,& genitrix, & mihi ſponſa fui
Vera negas, frontémque trahens ænigma
Sphingos
Credis. ſunt Pythio vera magis tripode.
Me pater ex nata genuit,mihi iungitur illa.
Sic ſoror,& coniux,ſic fuit illa parens.

Cupido.

Sol calet igne meo,flagrat Neptun⁹ in vndi
Penſa dedi Alcidæ, Bacchum ſeruire coëg
Quamuis liber erat. * *

*

Cur Otho mentito ſit,quæritis,exul honore
Vxoris mœchus cœperat eſſe ſuæ.

P. Virgilij Maronis.

Scilicet,hoc ſine fraude,Vari dulciſſime,dic
Diſpeream niſi me perdidit iſte potus.
Sin autem præcepta vetant me dicere, ſanè
Non dicam: ſed me perdidit iſte puer.

*

* De qua Tucca tibi venit, ſed ſæpe vider
Non licet,occulitur lumine clauſa viri
* De qua ſæpe tibi, non venit adhuc mihi.
nánque (queas
Si occulitur, longè eſt, tangere quod ne
Venerit aut tibi, ſed iam iã mihi nuntius iſt
Quid prodeſt?illi dicito quæ rediit.
Socer beate,nec tibi,nec alteri,

Gene

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Genérque Nocturne putidum caput,
Túque nunc puella talis, hei tuo
Stupore preſſa rus abibit? hei mihi
Vt illi verſus vſquequaque pertinet?
Gener, ſocérque perdidiſtis omnia.

*

Superbe Noctuine putidum caput
Datur tibi puella, quam petis, datur:
Datur ſuperbæ Noctuine quam petis.
Sed ô ſuperbe Noctuine, non vides
Duas habere filias Atillium;
Duas, & hanc, & alteram dari tibi;
Adeſte nunc, adeſte, ducit vt decet,
Superbus ecce Noctuinus Hirneam.

*

Iacere me, quòd alta non poſſim, putas,
Vt antê vectari freta:
Nec ferre durum frigus, aut æſtum pati,
Neque arma victoris ſequi:
Valent, valent mihi ira, & antiquus furor,
Et lingua, qua adſim adſim tibi,
Hei proſtitutæ turpe contubernium
Sororis, ô quid me incitas?
Quid impudice & improbande Cæſari
Si furta dicantur tua,
Et helluato ſera patrimonio
In fratre parſimonia:
Vel acta puero cum viris conuiuia,
Vdæque per ſomnum nates,
Et inſcio repentè clamatum ſuper
Thalaſſio, Thalaſſio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Quid palluiſti, fœmináne an ioci dolent?
An facta cognoſcis tua?
Non me vocabis pulchra per Cotyttria
Ad feriatos faſcinos:
Nec dein mouere lumbos in crocotulam
Prenſis videbo altaribus
Flauum prope Tybrim & olentes nauticu
Vocare: vbi adpulſæ rates
Stant in vadis cœno retentæ ſordido,
Macráque luctantes aqua.
Neque in culinam & vncta compitalia,
Dapéſque ducis ſordidas:
Quibus repletus vt ſaliuoſis aquis
Obeſam ad vxorem redis,
Et æſtuantes nocte ſoluis pantices,
Oſiſque lambis ſuauiis.
Nunc læde, nunc laceſſe, ſi quidquam val
En nomen adſcribo tuum.
Cinæde Luci, en, te reliquerunt opes,
Faméque genuini crepant.
Videbo habentem præter ignauos nihil
Fratres, & iratum Iouem,
Sciſſúmque ventrem, & hernioſi patrui
Pedes inedia turgidos.

Incerti.

Copa Syriſca caput Graia redimita mitella,
Criſpum ſub crotalo docta mouere latu
Ebria famoſa ſaltat laſciua taberna,
Ad cubitum raucos excutiens calamos.
Quid iuuat æſtiuo defeſſum puluere abeſſe:
Quàm potiùs bibulo decubiſſe toro?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Sunt cupæ & calibes, cyathi, roſa, tibia, chordæ,
Et trichila vmbroſis frigida arundinibus.
Eſt & Mænalio quæ garrit dulce ſub antro
Ruſtica paſtoris fiſtula in ore ſonans.
Eſt & vappa cado nuper diffuſa picato:
Et ſtrepitans rauco murmure riuus aquæ.
Sunt etiam violæ croceo de flore corollæ,
Sertáque purpurea lutea miſta roſa:
Et quæ virgineo libata Acheolis in amne,
Lilia vimineis attulit in calathis.
Sunt & caſeoli, quos iuncea fiſcina ſiccat:
Sunt autumnali cerea pruna die,
Caſtaneæq; nucéſque & ſuaue rubentia mala:
Eſt hic mũda Ceres, eſt Amor, eſt Bromius.
Sunt & mora cruenta, & lentis vua racemis:
Eſt pendens iunco cæruleus cucumis:
Eſt tuguri cuſtos armatus falce ſaligna:
Sed non & vaſto eſt inguine terribilis.
Huc Alibida veni: feſſus iam ſudat aſellus.
Parce illi. veſtrum delicium eſt aſinus.
Nunc cantu crebro rumpũt arbuſta cicadæ:
Nunc etiam in gelida ſede lacerta latet.
Si ſapis, æſtiuo recubans te prolue vitro,
Seu vis cryſtallo ferre nouos calices.
Hic age pãpinea feſſus requieſce ſub vmbra,
Et grauidum roſeo necte caput ſtrophio,
Formoſus teneræ decerpes ora puellæ.
Ah pereat cui ſunt priſca ſupercilia.
Quid cineri ingrato ſeruas bene olẽtia ſerta?
Anne coronato vis lapide iſta tegi?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Pone merum & talos. pereat, qui craſtin
curat.
Mors aurem vellens, viuite, ait, venio.

C. Pliniȷ.

Huc mihi vos largo ſpumantia pocula vin
Vt calefactus Amor peruigilare velit.
Ardenti Baccho ſuccenditur ignis Amoris:
Nam ſunt vnanimi Bacchus Amórque di

Eiuſdem.

Quum libros Galli legerē, quibus ille parē
Auſus de Cicerone dare eſt palmāq; decúſ
Laſciuum inueni luſum Ciceronis, & illo
Spectandum genio, quo ſeria condiit, & qu
Humanis ſalibus multo varióque lepôre
Magnorū oſtendit mentes gaudere virorun
Nam queritur, quòd fraude mala fruſtratu
amantem
Paucula cœnato ſibi debita ſauia Tiro (cti
Tempore nocturno ſubtraxerit. His lego le
Cur poſthac, inquā, noſtros celamus amores
Nullúmque in medium timidi damus? atqu
fatemur
Tironíſque dolos, Tironis noſce fugaces
Delicias, & furta nouas addentia flammas?

Incerti ex Platone.

Dum ſemihulco ſuauio
Meum puellum ſuauior,
Dulcémque florem ſpiritus
Duco ex aperto tramite:
Anima tunc ægra & ſaucia
Cucurrit ad labias mihi,

Rictun

Rictúmque in oris peruium,
Et labra pueri mollia
Rimata itineri tranſitus,
Vt tranſiliret nititur.
Tum ſi more quid pluſculæ
Fuiſſet in coitu oſculi,
Amoris igni percita
Tranſiſſet, & me linqueret:
Et mira prorſum res foret,
Vt ad me fierem mortuus,
Ad puerum vt intus viuerem.

Incerti.

Paſiphaes fabula metrix omnis generis eorum, quæ apud Horatium reperiuntur.

Filia Solis
Æſtuat igne nouo,
Et per prata iuuencum
Mentem perdita quæritat.
Non illam thalami pudor arcet,
Non regalis honos, non magni cura mariti,
Optat in formam bouis
Conuertier vultus ſuos,
Et Prœtides dicit beatas,
Ióque laudat, non quòd Iſis alta eſt,
Sed quòd iuuencæ cornua in fronte eleuat
Si quando miſeræ copia ſuppetit,
Brachiis ambit fera colla tauri,
Floréſque vernos cornibus illigat,
Oráque iungere quærit ori.
Audaces animos efficiunt tela Cupidinis:
Inliciciſque gaudet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Corpus includit tabulis efficiens iuuencam
Et amoris pudibundi maleſanis
Obſequitur votis, & procreat, heu nefas, bimembrem,
Cecropides iuuenis, quem perculit fractum manu
Filo reſoluens Cnoſiæ triſtia tecta domus.

L. Apuleij ἀνεχόμενος ex Menandro.

Amare liceat, ſi potiri non licet.
Fruantur alij: non moror, non ſum inuidus:
Nam ſeſe excruciat qui beatis inuidet.
Quos Venus amauit, facit amoris compotes:
Nobis Cupido velle dat, poſſe abnegat.
Olli purpurea delibantes oſcula
Clemente morſu roſea labella vellicent,
Malas odorent ore & ingenuas genas,
Et pupularum nitidas geminas gemmulas:
Quin & cum tenera membra molli lectulo,
Cùm pectora ipſa adhærent Veneris glutino,
Libido cum laſciuo inſtinctu ſuſcitat
Sinuare ad Veneris curſum fœmina fœminæ,
Inter gannitus & ſubantis voculas,
Carpant papillas atque amplexus intiment.
Aréntque ſulcos molles aruo Venerio,
Thyrſúmque pangunt hortulo in Cupidinis,
Dum crebros ictus conniuente lumine,
Trepidante curſu, Venere & anima feſſula,
Eiaculent tepidum rorem niueis laticibus.
Hæc illi faciant queis Venus non inuidet:
At nobis caſſo ſaltem delectamine
Amare liceat, ſi potiri non licet.

Eiuſ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Eiuſdem L. Apuleij.

Florea ſerta, meum mel, & hæc tibi carmina
Carmina dono tibi, ſerta tuo genio. (dono.
Carmina, vti Critiæ lux hæc optata creatur,
Quæ bis ſepteno vere tibi remeat.
Serta autem, vt læto tibi tempore tempora vernent:
Ætatis florem floribus vt decores.
Tu mihi da contrà pro verno flore tuum ver,
Vt noſtra exſuperes munera muneribus.
Pro implexis ſertis, cóplexum corpore redde:
Próque roſis, óris ſuauia purpurei.
Quòd ſi animum inſpires, dona iam carmina noſtra
Cedent victa tuo dulciloquo calamo.

Eiuſdem.

Et Critias mea delicia, & ſol alme Carine,
Par in amore meo vita tibi remanet. (vult,
Ne metuas ne me ignis & ignis torreat vt
Haſce duas flammas dum potiar, potiar.
Hoc modò ſim vobis vnus ſibi quiſque quod ipſe:
Hoc mihi vos eritis quod duo ſunt oculi.

*

Iam libet ad luſus, laſciuáque furta reuerti.
Ludere, Muſa, iuuat, Muſa ſeuera, vale.
Nunc mihi narretur tumidis Arethuſa capillis,
Nunc adſtricta comas, nũc reſoluta comas,
Et modò nocturno pulsãs mea limina ſigno,
Intrepidos tenebris ponere docta pedes:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Nunc collo molles circum diffuſa lacertos,
Et flectat niueum ſemiſupina latus.
Inque modos omnes dulces imitata tabella
Tranſeat,& lecto pendeat ille meo.
Nec pudeat quicquam : ſed me quoque ne-
quior ipſa
Exultet toto non requieta toro.
Non deerit Priamum qui defleat, Hector
narret.
Ludere,Muſa,iuuat.Muſa ſeuera vale.
*
Eſſe tibi videor demens,quod carmina nolim
Scribere patricio digna ſupercilio.
Quòd Telamoniaden non æquo iudice victu
Prætercam, & pugnas,Pentheſilea,tuas:
Quòd non aut magni ſcribam primordia
mundi,
Aut pelopis currus, aut Diomedis equos:
Aut vt Achilleis infelix Troia lacertis
Quaſſata, Hectoreo vulnere conciderit.
Vos mare tenteris:vos detis lintea ventis:
Me vehat in tutos parua carina lacus.
*
Inſanus vobis videor,nec deprecor ipſe
Quo minùs hoc videar.Cur tamen hoc vi-
deor, (per amaſti.
Dicite nunc. Quòd ſemper amas , quòd ſem-
Hic furor?hic,ſuperi,ſit mihi perpetuus.
*
Quædã me,ſi credis,amat.ſed diſſilit,ardet;
Non ſic non leuiter:ſed perit & moritur:
Dum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Dum fugiet, gratis quædam ſimul atque rogabit,
Oſtendam quam non ſemper amatus amē.

*

Iuratum tibi me cogis promittere. Galla,
Ne narrem. iura rurſus & ipſa mihi,
Ne cui tu dicas. Nimiùm eſt lex dura: remittam,
Præter quam ſi vis dicere, Galla, viro.

*

Neſcio quo ſtimulāte malo pia fœdera rupi.
Non capiunt vires crimina tanta meæ.
Inſtitit, & ſtimulis ardentibus impulit actum,
Siue fuit Fatum, ſeu fuit ille Deus.
Arguimus quid vana deos? vis, Delia verum?
Qui tibi me dederat, idē & ademit Amor.

*

Sic me cuſtodi Coſconia, néue ligata
Vincula ſint nimiùm, néue ſoluta nimis.
Effugiam laxata nimis; nimis aſpera rumpam.
Sed neutrum faciam, commoda ſi fueris.

Semper mundicias, ſemper, Baſiliſca, decores,
Semper compoſitas arte decente comas.
Ft comptos ſemper cultus, vnguentáque ſemper,
Omnia ſollicita compta videre manu, (ca,
Nō amo. neglectim mihi ſe quæ comit ami-
Sedet, & ornatus ſimplicitate valet.
Vincula ne cures capitis diſcuſſa ſoluti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Nec ceram in faciem: mel habet illa ſuum
Fingere ſe ſemper, non eſt confidere amori,
Quid, quòd ſæpe decor, cùm prohibetu
adeſt?

*

Ante dies multos niſi te Baſiliſca rogaui,
Et niſi præmonui, te dare poſſe negas.
Vt ſubitò creuêre, ſolent ex tempore multa
Quàm ſcriptæ, meliùs cedere deliciæ.

*

Cur differs, mea lux, rogata ſemper?
Cur longam petis aduocationem?
Primum hoc artificis ſcelus puellæ eſt.
Deinde eſt difficile & laborioſum
In tentigine tam diu morari.
Nihil eſt præterea puella, nihil eſt.
Deprenſa mel.

*

Fœda eſt in coitu & breuis voluptas,
Et tædet Veneris ſtatim peractæ.
Non ergo vt pecudes libidinoſæ
Cœci potinus inruamus illuc:
Nam langueſcit amor perítque flamma.
Sed ſic, ſic ſine fine feriati,
Et tecum iaceamus oſculantes.
Hic nullus labor eſt, rubórque nullus.
Hoc iuuit, iuuat, & diu iuuabit.
Hoc non deficit, incipítque ſemper.

* (uenci

Quid ſæuis Sybari? domiti modò terga iu-
Quid premis, & tenerũ currere cogis equũ?
Dum

)um ſtupet ac nouus eſt, & adhuc non nouit
amorem.
Parce: premendus erit, cùm veteranus erit.

*

' ſacros vultus Baccho, vel Apolline dignos,
Quos vir, quos tuto fœmina nulla videt.
digitos, quales pueri vel virginis eſſe,
Vel potiùs credas virginis eſſe deæ.
:lix, ſi qua tuum conrodit fœmina collum.
Felix quæ labris liuida labra facit. (ponit,
uæque puella tuo cum pectore pectora
Et linguam tenero laſſat in ore ſuam.

*

arrula quid totis reſonas mihi noctibus,
auris?
Neſcio quem dicis nunc meminiſſe mei.
ic quis ſit quæris? reſonant tibi noctib' au-
Et reſonant totis. Delia te loquitur. (res,
on dubiè loquitur me Delia. Mollior aura
Venit, & exili murmure dulce fremit.
:lia non aliter ſecreta ſilentia noctis
Submiſſa, ac tenui rumpere voce ſolet:
on aliter teneris collum complexa lacertis
Auribus admotis condita verba dare
;noui, veræ venit mihi vocis imago,
Blandior arguta tinnit in aure ſonus.
: ceſſate precor longos geſtare ſuſurros.
Dũ loquor hæc, iam vos obticuiſſe queror.

*

:cuſare & amare tempore vno,
Ipſi vix fuit Herculi ferendum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Incerti.

Formoſa es,fateor:diues,generoſa,venuſta.
Confitear,ſi vis, omnia, redde vicem.
Nempe parum caſta es : nempe es deprenſa negabis?
Res venit ad lites,rurſus & illa negem.
Dic potiùs.ſed nempe ſemel: ſed nēpe puel
Et cùm deprenſa quid niſi frater erat?
Frater erat.nihil eſt.fecit quod Iuppiter.ill
Sed quod non fecit Iuppiter,hoc facitis.

*

Pulchrior & niuei cùm ſit tibi forma color
Cuncta pudicitiæ iura tenere cupis.
Mirandum eſt quali naturam lege gubern
Moribus vt Pallas,corpore Cypris eas.
Teneque coniugij libet excepiſſe leuamen
Sæpiùs exoptans nolle videre mares.
Hæc tamē eſt animo quāuis exoſa volupt
Nunquid,non mulier,cùm paris,eſſe pot

*

Me niue candenti petiit modò Iulia.rebar
Igne carere niuem,nix tamen ignis erat
Quid niue frigidius? noſtrum tamen vre pectus
Nix potuit manibus,Iulia,miſſa tuis. (r
Quis locus inſidiis dabitur mihi tutus am
Frigore concreta ſi latet ignis aqua?
Iulia,ſola potes noſtras extinguere flamm
Non niue,non glacie:ſed potes igne par

Alcimi.

O blandos oculos & inficetos,

Et quadam propria nota loquaces.
Illic & Venus,& leues amores,
Atque ipſa in medio ſedet voluptas.

Eiuſdem Alcimi.

Lux mea Puniceum miſit mihi Lesbia malũ,
Iam ſurdent animo cetera poma meo.
Sordent velleribus hirſuta Sidonia canis.
Sordent hirſutæ munera caſtaneæ.
Nolo nuces Amarylli tuas,nec cerea pruna.
Ruſticus hæc Corydon munera magna putet.
Horreo ſanguineo malè mora rubẽtia ſucco,
Heu graue funeſti crimen amoris habent.
Miſit dente leui paulum libata placentæ
Munera de labris dulcia mella ſuis. (ipſa
Neſcio quid plus melle ſapit. quod contigit
Spirans Cecropium dulcis odore thymum.

*

Indoctus teneram ſuſcepit calculo pubem,
Quam cogat primus diſcere litterulas.
Sed cùm diſcipulos nullo terrrore coërcet,
Et ferulis culpas tollere ceſſat iners.
Proiectis pueri tabulis Floralia ludunt.
Iam nomen ludi ritè magiſter habes.

*

Marcus amans puerũ, natũ mentitur amare,
Vúltque pater dici,neſcius eſſe pater.
Et piatate nefas,& amorem velat amore.
Si pietas vmbram criminis eſſe dolet.
Nate,dies audit:nox & torus audit,Amice:
Et pro temporibus nomina mutat amor.

Stulte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Stulte quid ignaro non dicit Cincia fratri
Ne credas noctis digna latere diem.
Qui pater eſt, hic filius eſt. à lumine primo
Filius, à thalamis incipit, eſſe pater.

*

Formoſiſſima, Lai, fœminarum,
Dum noctis precium tuæ requiro;
Magnum continuò petis talentum.
Tanti non emo, Laï, pœnitere,

*

Dum ſumit cretam in faciem Sertoria, cretã
Perdidit illa ſimul, perdidit & faciem.

*

Te vigilans oculis, animo te nocte requiro,
Victa iacent ſolo cùm mea membra toro.
Vidi ego me tecum falſa ſub imagine ſomni,
Somnia tu vinces, ſi mihi vera venis.

*

Caballina furens amanda nulli,
Excuſſis modò calcibus fremebat:
Quæ quamuis facie micet rubenti,
Et vibret Parium nitens colorem:
Hirſutis tamen eſt petenda mullis,
Quæ poſſint pariles citare iunctas.

*

Græcule, conſueta lenandi callidus arte,
Cæpiſti adductor coniugis eſſe tuæ.
Et quẽ fortè procax penitus cõroſerat vxor,
Conſueras patria præcipitare domo.
Sed prætenſa aſtu, deluſit retia quidam,
Téque tuis miſerum depulit è laribus.
Solus vera probas iucundi verba poëtæ:

Cùm

Cùm iugulas hircum, factus es ipſe caper.

*

Quid prodeſt Martis te vel de nomine dictũ,
Pruriat infami cùm tibi clune Venus?
Fors fuerat poti⁹ Cypridos vt nomẽ haberet,
Et natura daret Martia membra tibi.
Nunc vtroque carens ignoti fabula ſexus;
Fœmina cùm non ſis, vir tamen eſſe nequis.

De Calatea in vaſe.

Fulget, & in patinis ludit pulcherrima Naïs,
Prandentum inflammans ora decore ſuo:
Congrua non tardus diffundat iura miniſter,
Vt lateat poſitis tecta libido cibis.

*

Ludere ſueta vadis priuato Nympha natatu,
Exornat menſas membra venuſta mouens:
Coſme has nolo dapes: vacuũ mihi pone boletar.
Quod placeet aſpiciã, renuo quod ſaturat.

*

Praxitelis Venerẽ lapidoſa per oſcula multi
Stuprarunt. quin ſub marmore viua fuit;
At mirũ hos gelido è ſaxo prodiſſe calores?
Mirare exuſtos lampade Solis agros.

*

Mitte, aquila, hunc puerum. mitte inquam, ſi ſapis: inquam,
Aut tibi per medium miſſile corpus agam.
Non mittis? ſed nõ moueor ſtridoribus vllis.
Quid gemis? At culpæ eſt. ingemis? auctor Amor.
Mit⁹ Amor ſi credibilis volucríſq; hominíſq;

Sed

Sed quãtũ,oro, homini cõuenit & volucri?
Et ſi remigio alarum roſtróq;ſuperba es,
O aquila,aſt omni eſt alite maior homo.
Naturam accuſa,quæ corpus pectore diſpar:
At qui dat diſpar corpore pectus Amor.
Quicquid formoſum eſt penetrat, trahit, arripit ad ſe.
Nẽpe eſt de Veneris ſanguine natus Amor.

* (ra lucis

Quænã hæc forma? dei. Cur verſa eſt? fulgu-
Diuinæ non fert debilis hæc acies.
Quid verò exiſtit tanquàm vno è corpore corpus? (uis eſt.
Hic Amor eſt.Si Amor eſt,cur videt?at Io-
Cur ita complicitis alis? nunquàm euolat. At cur
In ſe conuertit tela? ſui ille amor eſt.
Cur ferro ſine tela gerit?quia vulneris expers
Ille eſt:at veſter vulnetat & cruciat.

*

Sic tua ſit,quamcumq; tuam vis eſſe puellam:
Sic quamcumque voles,mutuus ignis edat:
Sic nunquã dulci careãt tua pectora flamma,
Et ſic læſuro ſemper amore vacent.

*

Vince mero curas,&quicquid fortè remordet
Comprime:déque animo nubila pelle tuo.
Nox curam ſi prendit, alit. malè creditur illi
Cura,niſi à multo marcida facta mero.

* (ſtra,

Balnea, vina, Venus corrumpũt corpora no-
Et vitam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Et vitam faciunt balnea, vina, Venus.

*

Sanguine ſi noſtro, noſtra ſi morte liceret
Pallentes Orco, prò dolor, eripere:
Et ſi quæ patimur crudeli funere fata,
Hoc ſaltem nobis munere grata forent:
* Tæderet quantos cœli conuexa tueri;
Quantæ ſæuirent in ſua corda manus?
Et tu quæ fuerim ſi noſſes, candide lector,
Nũc animã quoque tu purpureã vomeres,
Viuere quo rurſus poſsẽ, & ſupereſſe daretur,
Iũgere & innumeras nexa per ora animas.

*

Hîc iacet exutis Dionyſia flebilis annis,
Extremum tenuì quæ pede rupit iter.
Cuius in octaua laſciuia ſurgere meſſe
Cœperat, & dulces fingere nequitias,
Quòd ſi longa tuæ manſiſſent tempora vitæ,
Doctior in terris nulla puella foret.

*

Verna puer, puer ô mi verna, quis, ah quis ab (aura
In tenebras rapuit? perditus ah morerer,
Ni tecum aſſiduè loquerer, ni ſæpe iocando
Fallerer, hinc te cùm continuò aſpicio.
Semper ero tecum, & ſi me ſopor occupet, (abs te abeam
vmbram,
Te vmbra petam. ergo vnquàm ne metue

*

Forma atque illecebris Veneri vix æmula. (liuor
Saxo delicias inuidus occuluit.
Artificis pietate iterum rediuiua placebam,

Ni me

Ni me vidiſſet Cypria marmoream.

*

Si fructus proprio ſubdit de germine tellus,
Si reparat ſparſis debita ſeminibus, (res,
Naſcétur tumulo formæ, noua meſſis, hono-
Et lepor,& ſuauis gramina nequitiæ.

*

Iniice,ſi pietas vſquàm eſt, ſuſpiria, & imple
Mecũ hoſpes lacrymis marmoris hoc va-
cuum. (Lyde,
Nam formæ exemplum periit cùm obiit mea
Quam periêre homines,vel periêre dij. *

Lydia bella puella,candida,
Quæ bene ſuperas lac & lilium,
Albámque ſimul roſam rubidam,
Aut expolitum ebur Indicum,
Pande puella,pande capillulos
Flauos,lucentes vt aurum nitidum.
Pande puella collum candidum,
Productum bene candidis humeris.
Pande puella ſtellatos oculos,
Flexáque ſuper nigra cilia.
Pande puella genas roſeas,
Perfuſas rubro purpuræ Tyriæ.
Porrige labra,labra corallina,
Da columbatim mitia baſia:
Sugis amentis partem animi:
Cor mihi penetrant hæc tua baſia.
Quid mihi ſugis viuum ſanguinem?
Conde papillas,conde gemipomas,
Compreſſo lacte quæ modò pullulant.

Sinus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Sinus expanſa profert cinnama:
Vndique ſurgunt ex te deliciæ.
Conde papillas,quæ me ſauciant
Candore,& luxu niuei pectoris.
Sæua non cernis quod ego langueo?
Sic me deſtituis iam ſemimortuum?

Licinij Calui in Cn. Pompeium.

Magn⁹, quē metuūt omnes, digito caput vno
Scalpit. quid credas hunc ſibi velle?virum.

Regiani de Baijs

Ante bonā Venerem gelidæ per litora Baiæ,
Illa, natare lacus cum lampade iuſſit Amorē:
Dū natat, algētes cecidit ſcintilla per vndas:
Hinc vapor vſſit aquas: quicunque natauit,
amauit.

De ſigillo Cupidinis aquas fundentis,

Igne ſalutifero Veneris puer omnia flammās
Pro facibus proprias arte miniſtrat aquas.

Sentij Augurini

Canto carmina verſibus minutis
His,olim quibus & meus Catullus,
Et Caluus,veteréſque,ſed quid ad me
Vnus Plinius eſt mihi priores.
Mauult verſiculos foro relicto:
Et quærit quod amet,iuuátque amare.
Ille Plinius,ille.quid Catones?
I nunc,qui ſapias amare noli.

*

Parce precor virgo toties mihi culta videri,
Méque tuum forma perdere parce tua.
Parce ſuperuacuo cultu componere membra:
Augeri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Augeri ſtudio tam bona forma nequit:
Ne tibi ſit tanto caput & coma pexa labore,
Et caput hoc bellum eſt, & coma mixta placet.
Ne ſtringãt rutilos tibi ſerica vincla capillos,
Cùm vincant rutilæ ſerica vincla comæ.
Nec tibi multiplicem crines reuocentur in orbem,
Inculti crines abſque labore placent.
Aurea nec video cur flamea vertice portes:
Aurea nam nudo vertice tota nites.
Vtraq; fert auris aurum, fert vtraq; gemmas,
Vtraque nuda nouis anteferenda roſis.
Ora facis vitreo tibi ſplendidiora nitore,
Cùm tantùm ora vitro ſplẽdidiora geras.
Incendunt niueum lunata monilia collum,
Nec collum ſimplex dedecuiſſe poteſt.
Contegis occulta candentes veſte papillas,
Candida cũ nolit veſte papilla tegi.
Ne toga fluxa volet, reprimit tibi faſcia corpus:
Sat corpus veneror, ſit toga fluxa licèt.
Dic, teretes digitos quare annulus & lapis ambit,
Cùm teretes digiti dent pretium lapidi?
Ornatu nullo potes exornatior eſſe,
Et tantùm ornaris in mea damna nimis.
Ne te plus æquo ſpecies externa perornet,
Cùm ſis plus æquo pulchra decore tuo.
Non ego ſum pro quo te cõponendo labores,
Nec qui te talem non, niſi cogar, amem.
Pronus amo: non ſum tenero qui pugnet amori,

Nec

Nec qui te roſeam vellet amare deam.
Cùm radiis certare Iouis tua lumina poſſent,
Et poſſent radiis vincere ſigna Iouis.
Sole nihil toto meliùs ſplendeſcit in orbe,
Sole tamen meliùs ſplendidiúſque nites.
Sunt tibi colla quidẽ niue candidiora recẽti,
Sed niue: quæ nullo marcida Sole iacet:
Conueniunt tepido tua frons & pectora lacti,
Sed lacti ſaturæ quod poſuêre capræ.
Cedit odora tibi vernantis gloria Syluæ,
Nec tibi quod riguus præferat hortus habet.
Nulla colorati ſpecies tibi proxima prati,
Nec cùm floruerit par tibi campus erit.
Alba liguſtra tuæ nequeunt accedere laudi,
Fixáque ceſpitibus lilia laude premis.
Nulla tuos poſſunt æquare roſaria vultus,
Cùm nec adhuc ſpinis ſit roſa vulſa tuis.
Gratia, quam violæ maturo flore merentur.
Si quod contulerit ſe tibi, vilis erit.
Non Helenæ mater, nec par tibi filia Ledæ:
Quamuis hæc Paridem mouerit, illa Iouẽ.
Compulit illa Iouem cygni latuiſſe ſub alis,
Cõpulit illa Phrygas ſæua ſub arma duces.
Leda per albentes humeros fluitante capillo
Dum legit Argiuæ florea ſerta deæ,
Erranti ſuper aſtra Ioui de nube ſuprema
Cognita, plumalem de Ioue fecit auem.
Tuq; puellarũ dũ ludis in agmine princeps,
Inter virgineos lucida ſtella choros,
Si magno coſpecta Ioui de nube fuiſſes,

Depo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Depoſuiſſe deum non pu luiſſet eum.
Aſt Helenæ facies & opima potentia form
Dardanio Paridi per mare præda fuit.
Græcia coniurat repetendam mille carinis,
Iurata hanc ratibus Græcia mille petit.
Te tã conſpicuã Phrygius ſi prædo videret,
Et te vel ratibus, vel rapuiſſet equo.
Annis tracta decẽ ſunt Troïca bella, ſed vno
Si pro te fierent, menſe peracta forent,
Virgine Ledæa me iudice dignior eſſes,
Pro qua Troianas flamma cremaret opes.
Tu poteras Priamo validiſſima cauſa fuiſſe,
Nulla vt cura foret regna perire ſua.
Si ſuccincta togam * riſu pharetrata Dianæ
Venatrix toto crine ſeluta fores:
Si Dryadum comitata choro, ſi nuda lacertos
Arcu fulmineos inſequereris apros:
Te quicumq; deus Syluoſa per antra vagantẽ
Conſpiceret, veram crederet eſſe deam.
De pretio formæ cùm tres certamen iniſſent,
Electúſque Paris arbiter eſſet eis:
Præfecit Venerem Paridis cenſura duabus,
Déque tribus, victæ ſuccubuêre duæ.
Cum tribus ad Paridem ſi quarta probanda venires,
De tribus à Paridi quarta probata fores.
Pomáque ſi formæ potiori danda fuêre,
Hæc potiùs formæ danda fuere tuæ.
Ferrea corda gerit, tua quem cæleſtis imago,
Vel tam purpureæ non tetigêre genæ.
Robore vel ſcopulo, genitum conuincere poſſim,
Quem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Quem tã ſollemnis forma mouere nequit.

*

In cratere meo Tethys eſt coniuncta Lyæo,
Et dea mixta deo: ſed dea maior eo.

*

Blanditur puero Satyrus vultúq;, manúque,
Nolenti ſimilis retrahit ora puer. (fundit
Quẽ non commoueãt, quamuis de marmore?
Penè preces Satyrus, penè puer lacrymas.

*

Me mihi ſubripuit contraria flãma ſororum,
Pulchra Theis oculis, ore nigella Melas.
Ore Melas, oculíſq; Theis, placuêre, ſubinde:
Pulchra Theis oculis, ore nigelle Melas.
Sed dum nigra Melas ridet ſine voce ſororẽ,
Deſpectã Theidis forma facítq; Melam,
Me mihi reſtituit cõtraria flamma ſororum,
Pulchra Theis oculis, ore nigella Melas.

VARIE

VARIETAS LECTIONVM IN SATYRICO PETRONII.

PAG. I. v. 4. Num] *Vetus Pariſienſis, uti & Sambuci*: Cum.

v. 12. & rerum] *al.* verborum.

PAG. 2. v. 2. ſeſamo] V.E. ſanſuco.

4. in culina] *exemplar Autiſ.* incoria. V.E. curia. *Io. Salisb. lib.* 11. *Polic. c.* x.

14. canere] *al.* tonere.

16. certè.] *al.* certum. *al.* certum eſt.

17. ad hoc genus exercit.] *ex. Biturig. ſic habet* : adſignes exc. exceſſiſſe, & ideò grandis, &, velut ita dicam, pud. o. n. e. maſculoſa, ſed turgida.

26. Thucydidis] *Autiſ.* Thucydides.

P. 3. v. 3. ipſe in ſchola] *Bitur.* ipſe etiam ſcola fundauerat.

7. arte ſecreta] *al.* artis ſecreto.

11. Cicero] *Bit.* Cicio.

13. quàm quod] *Vet.* quàm id quod.

15. niſi quaſdam inſidias a. f.] *al.* ignorant.

19. piſciculos] *Autiſ.* diſcipulos.

ibid. moratur] *Autiſ.* moritur. *Biturig.* moriatur.

25. propellunt] *Autiſ.* impellunt.

29. mitigarentur] *Autiſ.* irrigarentur.

P. 4. v. 2. placeret] *al.* placent.

4. ludunt] V.E. lucent.

ſche

.ſchedium] *Autiſ.*ſcadium.*al.*ſtudium.
id.Lucilianæ] V.E.Lucianæ.
id.humilitatis] *v.e.* improbitatis.
.Artis ſeueræ] *al.*Amat ſeueræ ſi quis artis effectus.
. more] *al.* moræ.*al.*meræ.*al.*morem.
. polleat] *vet.* palleat.*al.*pallet.
.impotentium captet] *vet.* impotentum ne captet.
. hiſtrioniæ] *vet.*redimitus hiſtrionei.*al.* hiſtrionis add.
.armigeræ] *Bit.*armigenæ. *al.*crinigeræ arrident.
. tellus] V. ætellus.
. mittat] *al.* mutet.
. & ingentis] *Bit.* ingenuus.
. hunc Ro.] *Autiſ.* huic.
.Dent.ep.] *al.* Dein.
. Ciceronis] *tres ms.* Titionis.
. defundes] *al.* diffundes.
. dum hæc] *al.*hunc.V.hoc.
. in hoc dictorum æſtu] *Autiſ.* in hoc æſtu rerum.
id.motus] V.E.in hortis.
.3.cuius,qui] *v. e.* cur quis.
.in curſu] *al.*ex curſu.*al.*& curſu.
.&,Rogo] Te rogo.
.Biuinam] *al.*ducturam.
.ſecretiorem] *al.*ſecretum.
.reiecit] *al.* iniecit.
.inter titulos] *ſic Autiſ. Biturig.*in teſti-

culos inuidáſque m.interſpat. *al.* in
culos. *al.* interticulos. *nullum exemp*
ternuculos.

25.aliam partem] *Autiſ.*alteram.

P.6.v.14.numquid] *al.*num quid.

31.niſu] *al.*riſu.

P.7.v.6.ego] *al.*ergo.

17.quæſtibus temptemus] *al.* queſti
conemur.

21.different] *al.*deferent.

P.8.v.3.felicibus] *al.* feruentibus. *al.*fre
tibus

23.ſplendida] *al.* ſplendor

31.metu] *al.* motu.

P.9.v.21.domino] *al.* deeſt

22.quid faciant] *al.* faciunt

23.nulla poteſt] *al.*nuda

24.cena] *al.*cæra

25. verba ſolent emere] *al.* vendere
ſolent

26.Ergo iudicium] *al.*Iam nunc iud.
*lisb.*l.v.c.xv.

27.Atque eques] *al.*atque eques in ce
probat emta ſedet

P.10.v.3.ſicel] *al.*ſicilicum quibus lupit

19.inuidiam] *al.*inſcitiam

P.11.v.1.videretur] *al.*viderentur

6.aliquando] *al.*alioqui

20.calumniantium] *al.*criminantium

26.non ſatis] non *videtur abundare*

30.recluſæque] *Bit.*remiſſæque

P.

2.v.4.cuius vos] *al.*cur
bid.ſacram] *al.*ſacrum
1.aſſentionem] *al.*aſſentationem
5.expectauimus] *al.*ſpectauimus
bid.oſtentationem] *al.*oſtenſionem
6.Vt ergo] *al.* Vt verò
7.retexit] *al.*detexit
8.inter ſe vſque] *al.*interiúſque
9.contritis] *al.*conſtrictis.*al.*ſtrictis
o.hæc audacia] hæc *al.*ignorant.cod.
i.fabulas & anteceſſ.] *al.* etiã anteceſſuras
4.noſtra regio] *Bit.*regia
3. v.1. timerem] *Autiſ.* timeam. *al.*timebam
.iuuenili impulſi] *al.*iuuenili impulſu licentiam,quam in ſ. p.
.protendo] *al.*obtendo
1.riſúmque faciatis] *al.Samb.*referatis
2.annorum ſecreta] *al.*conſilia ſecreta
3.quæ mille vix] *al.* quæ nulli vix homines
9.Quòd ſi non] *al.*Si inquit non
id.annuiſſetis] *al.*adiuuiſſetis
.v.10.mimico riſu] *al.* nimio
3. Quartilla] *al.* Quadratilla. *vt apud uinctil. Quadrantaria, quæ ob quadrantem i copiam faceret.*
. virilis ſexus eſſet] virilis ſexus.ſed & præcincti,*al.*at præc.
.v.1.obducere] *al.*abducere
torti] *al.* tenti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

10. periculoſum alienis] *al.* periculum
eſſe. *al.* peric. intereſſe a. ſ.
11. de ſinu] *Vet. gloſſar.* ſura
18. ſolus tantum] *al.* tamen
21. Ac ne Gyton] *Samb.* ac. n. G. q. vlt
riſ. t.
26. hinc] *al.* huic
P. 16. v. 1. gauſapila] *al.* gauſapina.
2. extortis] *al.* extectis
4. ballenatiam] *al.* belluatam. *al.* vena
φαρμακώδη. *al.* balenatam, è *balen*
confectam.
9. palæſtricæ] *al.* paleſtritæ.
v. 10. legitimo] *al.* lecyti
25. ſopitionibus] *al.* ſcriptionibus ſop
31. coniunctis marcebant capitibus]
manebant c.
P. 17. v. 3. dúmque inter] cúmque.
v. 31. recuſantes] *al.* recuſantem
P. 18. v. 2. ſudantis] ſudantes.
7. embaſicœtam] *al.* ἐμβασικοίτην
10. vernule] *al.* verniliæ.
23. vocatúmq; ad ſe] *al.* v. a. ſe Gytone
25. pertractato] *al.* pertracto.
ibid. Hoc, inquit] *al.* Hæc
P. 19. Pannichis] *Bit.* Parrathis. *al.* Pann
dis. *al.* Panychis.
3. & quæ] *al.* quia.
11. Ita? inquit] *al.* itaque. *al.* itáne
19. vt dicatur] *al.* prouerb. illud dicat
21. in ſecreto] *al.* in ſcorto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

:od.conſurrexi] *al.* conſurrexit
.3.flammeo] *al.* flammeolo embaſico:ætas
præfereb.facem.
.7.iocantium] *Bit.* vocantium
o.v.3.diductam] *al.* deductam.*al.* ductam
;.ſpeculabatur] *al.* ſpectabat.
.obiter] *al.* valgiter
13.Videmus ſenem] *Io.Saliſb.lib.* VIII.cap.
VII.
15.luxu expellente] *al.* luſu expellentes.
17.Trimalcio] *quaſi* τρὶς μάλακος
19.ludenti] *al.* iubenti
2.v.1.tenia] V.tema vitabat.
4. pictor] *al.* ſcriptor
19.procurator] v.procurſator rationis.
24.VI. VIRO] v. viro (ſacco.
4. v.10. biſaccio.] Byzantio *aut* gemino
16.tomacula] v.tumatula. *al.* trimatula. *al.*
trimetalla
5. v.5. ne abſentiuus eſſem] v. ne diutiùs
a. e.
12.teſtorum] *al.* teſtarum.
14. corbe] *al.* orbe
16.incumbunt] *al.* incubant
6.v.15.ei perdiſſimi] *al.* & per diſceſſum
7.v.1.quàm totus] quia t.
11. bubale] *al.* bubulæ
12. coronam] *Nam cùm ſol Cancrum permeat, coronarum frequens eſt vſus.*
14 ſtericulam] *al.* ſericulam.*al.* ficedulam
16.ſuper ſagittar.] *deeſt fortaſ.de ſcorpio.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

22.Laſerpiciario minio] *al.*laſerpitio mi-
*al.*de laſerpicio minio c.e.
P.28.v.2.vtriculis] v.inticulis.*al.*interulis
2. garum piperatum] *al.* quarum. *al.* a
rum
6.methodio]*al.*methodo
27.Topanta] *al.*hierophanta
P.29.v.1.Mopſum] *al.* Morſum
4.Publium] *Bit.*Publicum
8.paſcitur] *al.*lautus pauo naſcitur
11.grata hoſpita] *al.*Græca hoſpita
15.tribacca] *Bit.*tibi bacca
16.onerata] *al.* ornata
ibid.pelagiis] *al.* petagiis
20.probitas eſt] *Autiſ.*probita ſe carbu
21.induere] v. inducere
22.nebula linea] v.lunæ
P.30.v.2.certáque] *al.*creta,quæ l.
10. inueniſſet] *al.* interueniſſet. *al.* vi
niſſet
17.Mortalis] *al.*Mortales
28.iungerem] *al.*mortis ingererem
P.31.v.10.contentus] *al.*continuo
P.32.v.9.Nomen amicitiæ] *Io.Salisb. Poly*
III.*c.*VII.*lib.*VIII.*c.*III.
10.mobile] *al.* nobile
18.anteſcholanus] *al.*aut ſcholanus.*al.*
lanius
19.inueniret] *Autiſ.* inuenire
26.non iratum] *al.* num
27.Aufugi] *al.* effugi

30

30.ſolitudinem] *al.*ſolicitudinem
3.v.3.venerunt] *al.*venierunt
26.cuius centuriæ] v.centuria
4.v.6.poma pendentia]*al.*nec p.p.*al.* aut p. natantia.*al.*nec carpit pendula poma. *al.* nec poma patentia
8. omnia cernens] *al.* omnia latè Qui tenet
11.Nequaquàm] *al.*nunquàm
ibid.credit] *al.* reddit
13.nemo iuſiurandum ſeruat] *Benedict.*v. *ex.*nemo ieiunium ſeruat.ἀσκητοῦ.
30.tabularum] *al.* fabularum
5.v.4.monocremon] *al.*monochemeron. *al.*monochromon
15.in terris] *al.*in cœlis
16.Hylam] *al.* Hylari
18.interdictum] *al.*interceptum
20.hos fabulæ] v.omnes
6. v.7. Vilis adulator] *Io. Salib. l.*III.*c.* XIII.
15.exſtruere] *Bit.*inſtruere
9.v.27.inſtituit] *al.* fecit
31.Hercula] *Sic Autiſ.al.*hercule. *al.*hercula. *in quibuſdam deeſt hæc vox. cæterùm nullum exemplar habet*, Alimmam, *vt eſt ſcriptum apud Mart.Capell. lib.*II.*Satyrici de eodem Abderita ſane.*
40.v.4.Eudoxus] *al.*Eudoxius
ibid.excelſiſſimi] *al.*excellentiſſimi
8.conuertar] *al.*reuertar.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

11. comprehenderat] *al.*comprehend
13.audemus] *al.* auemus
17.vnquàm] v.inquam.*al.*quis dudum
19.inueniſſet] *Bit.* attigiſſet.
P.41. v 7.profante] v.præfante.
ibid.cæſi] v.ferro cæſi
9.figurarent] v.figurabant
10.antrum]*al.*caſtrum.*al.*clauſtrum
13.Equi receſſus] *al.*Danai receſſus.
ibid. in voto] *i.e. equo quem voluerant.*
ſuo voto latent.
15.hoc tit.] hic
16.hoc ad fata] *al.*hæc ad f.
17.mendacium in damnum p.] *Autiſ.*
ſemper in damnum. *al.* mendacio
potens.
19.In vota.] *al.*iam vota
24. vterum notauit] *al.* vteri notauit
ſ. t. m.
25. Ictúſque reſilit] *al.* lætúſque r. *al.*
túſque. *al.* tellúſque. *al.* læsúſque
28. dum murmurat] *al.* dum murmur
Roborea m. ſ. i.
P.42.v.2.repellit] *al.* repleuit.
ibid.conſurgunt] *al.* cùm ſurgunt
10.pontem iubæ] *al.* ponto iubæ.*al.*me
iubæ.
11.fulmineum] *al.* igneum.
15.Lauconte] *al.*Lacoonte.*al.*Lacoonti
18 vterque] *al.* vtrique
ibid.pias] *al.* pietas.v.pictas

22.in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

..iam morte paſti] *al.* in morte parci
..excurſum] *al.* ad excuſſum
.v.5. Troas] *al.* Troiam inuocat Troia ſ.
.vocaret] *al.* vocarent
. ciuras] *al.* curas
.v.17.conceſſio] *al.* conceſſor
. v. 12. Aſcylti partem] *al.* Aſcylto parem
.laciniam] *al.* laſciuiam
.v.14.] lentus] *al.* lenitus
. Afræ volucres] *al.* Aëriæ vol.
. anas enouata] *al.* renouata naſſa. *al.* renouata.
1. Syrtis] *al.* ſitis
. probatur] *al.* probamus
. ſynæcio] *al.* gynæcio.
.v.27. eiuſmodi] *al.* eius nomine
. cede inſaniæ, id eſt,] v. redde inſaniæ fidem. *al.* idem
.v.2. adduxit] *al.* obduxit
. ſpondam iunxeram] *al.* ſpondæ i. *al.* ſpondæ me vinxeram
7. per præcipitia] *al.* præcipitio
. v. 1.mimicam] v. inimicam.
.quid ſibi vult] vult *in aliis deeſt*
o. iam enim] *Bit.* iamiam
1.Mannicij] *al.* Manucij
4. liber, vrceolum] *al.* liberum vrceolum f.
8.ligneum] *al.* igneum
3.ſcordalo] *ita omnes v. al.* ſcortillo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

25.coctores) *al.*lictores
ibid.mulcant) *al.*mulctant
26.extis) v.aſſis.*al.*eſcis
30.ſoleis ligneis) *deeſt* ligneis *in B*
*eod.*præcincta,ſolers impar virib
P.50.v.4.oſtioli rupta) *al.*oſtij diſrupta
16.rixam) v.noxam
24.Ita) *al.*Itaque
25.illam) *al.*illi
P.51. v.9. ſponda culcitam) v.ſponda
cita
21.quod dilig.) *al.*quo
23. commiſſuris ſecures) *al.* comm
ſecure
24.Aſcylti) *al.* Aſcylto
P.52.v.23.redde puerum) *al.*reduc p.
25.continuò ita) *al.*ter cont.i.
P.53. v.8. amplexúſque iam mitigatum
mihi gratum
13.Hiberum) *al.* Hibernum
30.Similiter in pect.) *al.*Simul i.p.
P.54.v.7.barbis horrentibus) *al.*horrid
8.Moraris) *al.*Miraris
9.propudium) *al.*properandum
13.alt.) *al.* altum.*al.*alutam
18.ducit) *al.* mittit
23.vnus,& ſenex) *al.*vietus
25.infra) *al.* intra
26.fraudauíque) *al.* firmauíque
P.55.v.4.manibus) *al.*nauibus
5.exeiperet) *al.*exciperem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

laciniam duxi) *al.* traxi
aid eſt) *al.* &
6.9.conducit) *al.* conduxit
.3.dominum) *al.* domum
vtcunque) *al.* vtique
noctúque) *al.* noctíſque
.6.impendere) *al.* impenderem
mea) *al.* mihi
4.Quid tu) *al.* Quin. *al.* Quidni?
tumore) *al.* humore
conuertere) *al.* comburere
barbam) *al.* barbara
peregrinatione) *al.* peregrina ratione
.4.ſupplici) *al.* ſimplici. *al.* duplici
Eucolpion quid quæris) v. Eucolp.
d quæris, ſcito. *al.* quem qu.
.4.Heſus nomine) *al.* læſus omine
auſpicium mihi) *al.* triſte
.7.mirabili) *al.* miſerabili
Tryphæna) v.c. Triphena, *conſtanter, vt & Gyton, non* Giton. Chriſis, *non* Chryſis. Licas, *non* Lycas. Enothea, *non* OEnothea. Pannichis, *non* Pannychis. Poliænos *tamen &* Bolienos. *quod ſemel monuiſſe ſatis eſt.*
indiciorúmque) *al.* facieíque
.7.mimicis) *al.* inimici
contumeliarúmque) v. iniuriarúmque
Me vtpote) *al.* vt puto
.2.fuerunt mei) *al.* noſtri
v. 1. fuliginea nube) *al.* fuliginis con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

fuſa redierunt, in iram ſe odium.

P. 67. v. 2. infertam] *al.* infectam *al.* inſe

11. tralatitium] *al.* ſtalatarium. tarium. *al.* ſtatarium. *v. e. hanc vo habet.*

18. Troius hoſtis] *al.* heros.

20. fraterno ſanguine] *Bit.* ſuperno

22. quis raptis] *al.* qui

ibid. euocat armis.] *al.* annis

24. immittite fluctus] *Autiſ.* impon

27. Vritur] *al.* initæ, *al.* iratus

29. fœderis] *al.* fidei

P. 68. v. 12. denarios ducentos.] *Au* cenos

18. torum] *al.* trium n.

19. tranquillitas] *al.* tranquilitate

20. exultans] *al.* exultantes captaba

23. tectis] *al.* textis

27. ſpuma] *al.* pluma

P. 69. v. 2. capillorum] *al.* in capill

4. abegit hyems] *al.* ademit.

6. attritis ridet] *al.* extritis luget.

13. times puellas] *Bit.* paues

P. 70. v. 2. flaucorum] *al.* Flauum.

5. auctor] *al.* actor.

12. ſed rem ſuam.] ſed ſua m. fac exp. ſ. e.

16. Matrona.] *Io. Salisb. Poll. l.* xi.

20. funus] *al.* funeris officium

24. cuſtodire] *al.* condire

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

P. 71. v. 1. lacrymas] *al.* lacinias
ibid. commendabat lugenti] *al.* commundabat lugentis
4. ſolum illud.] *al.* ſ. videlicet
10. Proxima ergo] *al.* verò
11. aſſeruabat] *al.* ſeruabat
22. ſcilicet quod] *al.* ſ. id quod e.
23. attulit] *al.* contulit
26. & nihil profut.] *al.* profuturo: gemitu p. deduceret
30. percuſſa] *al.* perculſa.
P. 72. v. 3. certè ab eo] *Saliſb.* incertum habeo. *Autiſ.* certo ab eo
5. victam] *al.* victa
11. curare] *al.* ſentire
12. reluctantibus fatis extinctum.] *hoc addit. Io. Saliſb. deeſt in v. exemplaribus omnibus.*
22. plerumque] *al.* plurimùm
P. 73. v. 1. Iacuerunt] *al.* Latuerunt
4. vt quiſque] *al.* quiſquis
5. ignotíſque] *al.* cognatíſque
8. mulieris] *hoc in al. deeſt.*
9. per facultates poterat] *al.* p. f. habere p.
11. cruciarij] *al.* cruciati. *Autiſ.* cruciariæ
14. circumſcriptus] *al.* circumſpectus. *al.* circum pectus.
Ibid. deſidet] *al.* reſidet.
19. commodaret] *al.* commodet ergo *al.* commode.
21. faceret] *al.* faciat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

P.74. v.8. ele] *al.* Edile. *al.* hedile. *al.* cu-
bile

10.præoccupauerat] *al.*occupauerat

14.ſpoliatis crinibus) *al.* ſpoliatum

P.75.v.8.ſportam] *al.*ſpurcam

28.Licas trepidans] *al.*trepidus.

P.76.v.7.parte adduxêre] *al.*abduxêre.certiſ-
morti applicitus

19.detraheret] *al.*diſtraheret

P.77.v.19.porcam mug.] *al.*portam.

P.80.v.12.Videbitis,inquit]*Vet.*Audebitis. *al.*
adibitis.

26.rapinæ] *al.*rapina

P.81.v.5.ferróque necari] *al.*ſecari

29.ſterilitatem] *al.*fertilitatem, *al.*felicita-
tem.

P.82.v.30.vibrantibus] al.vmbrantibus

31.concipere] v.conſpici.

P.83.v.2.inundata] *Bit.*inundauerit.

5.vt fiat] *Bit.* itaque f.

7.rationis] *al.*orationis

21.tanquàm] *al.*quanquàm.*al.*iámque.

32.Aſſyria concham] *al.* Heſperia coccum.
*al.*Æſepyreeum. *fortaſſis pro* Æs Ephi-
reum.*at Bit.& al.*Ac ſe Pyrecum. *qua-
dam* piretium. *al.* Æs pyræum. *al.* Ac
ſpireum.

P.84.v.2. Numidæ cruſtas] *al.*accuſant *al.*ac-
curant.

5.& læſæ] *al.* eliſæ

6.Mauri) *al.* auro f.

8.pre

8.pretioſa ſuas] *al.*fames
11.perituráque] *al.*parituráque
13.exſectáque] *al.*exactáque
14.æui] *al.*æuo.
20.Citrea] *al.*Aurea
22. Quæ ſenſum turbat] *al.* Quæ ſenſim trahat hoc ſterile ac malè nobile lignum. *Autiſ.*Quæ ſenſum trahat hoſterile.*al.*Quæ turbant ſenſum, hoſtile ac malè nobile lignum.
25.extruit] *al.*eſurit
28.perducitur] deducitur,inde r.
29.vendunt] *al.*condunt.
P.85.v.10.dedecus eſt populi]*al.*dedecori populo.*al.*dedecoris p.
13.perdita] *al.*prodita
15.gurgite prædam] *al.*pridem
16.Fœnoris] *al.*Funeris
20.latrantibus] *al.*lacerantibus
22. reparantur. inops] *al.* reparatur inops. a. t. e.
25.excita] *al.*exciſa.*al.*exſciſſa
P.86.v.4.Cocyta] *al.*Cocytia.*al.*Cocyti
28. varios lapis inu. vſ.] *Autiſ.* vanus l.i. vſum.*al.* varius.l.i.vſum.
29.iubentur] *al.*fatentur.
P.87.v.10.Vota tibi] *al.*mihi cedunt
12.arcibus] v.c,artibus.
16.gemina iam ſtratos morte P.] *al.* gemino iam ſtrictos morte Phil,
23.arceſſe] *Bit.*accreſce.*al.*accerſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

24. Porthmeus] *al.* Protheus.*al.*prora.
31. palluit] *al.* polluit.
P. 88.v.3. Titan]*al.*titubans.
8. morientia] *Bit.*manantia.
10. Sideribus tranſmiſſa] *al.* tremefac
v.armis acta. *al.* tranſacta. *al.* tumefa
12. tumulos] *al.* cumulos.
ibid. oſſa carentia]*al.*arentia.
23.Solis adulti]*al.*aduſti.
24. Manſueſcit radiis] *al.* Manſueſcu
radij
28. Optauítque locum] *al.* Orauítque.
Intrauítque
P. 89.v. 15. Vinciet] *al.* Incidet
ibid.ferentes]*al.* frequentes.
25. meatibus]*al.* è montibus.
28.vulgato latior]*al.*lætior.
30.Fortior]*al.*Lætior.
31.hauſtus]*al.* auſus.
P.90.v.1. cana iuncta p.]*al.* vincta.
2. mitique quieuit honore] *al.* mitíqu
horrore quieuit.
6.iuſſa putares]*al.*miſſa p.
8. Stabant , & vincta] *al.* Stantibus
victa
11. paſſim turmæque]*al.*pariter t.
18. vnda ruebat] *al.* vmbra r.
27. tumidas]*al.* timidas.
30. fert omnia]*al.*ferit omnia,
P.91.v.4. per dubias]*al.*pérque duas.
8. Qui tentata] *al.* Qui tentare v.f.i. vt

14.manu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

4.manu trepida,)*al.*pauida.
8. oneríſque ignara) *al.*oneris non gnara.
.o.Hic vehit).*al.*Hinc
.9. ſæui quoque terror) *al.* ſæuíque repertor H.
)2. v. 11. ſincera Fides)*al.* ſummiſſa
10. Mauortius) *al.*Mars obuius
30. Infremuêre)*al.*intremuêre tubæ
)3. v. 2. Stabant ærati)*al.*irati
4. Atque intertorto) *al.* inter toto Epidauria mœnia. *al.* Epidamni m. *al.* Epidamni nomina.
25. volubilitate) *al.* bile
94. v. 31. amplexus, non commodas) *al.* amplexus non commodos
96. v. 5. longius iocis) iocis *in al.* *deeſt.*
6. platanona)*al.*platea noua.
ibid. Placuit puellæ)*al.*ancillæ.
8. in eum diphona) *al.* f. ſe in cadophona, qui ambitioni h. *al.* adophona. *al.* daphnona.
17. ſcripturam)*al.*iuncturam.
20.fulgentibus)*al.*ſurgentibus
24.Parium marmor) *Autiſ.* Planum
30.canos)*al.*crines
.97. v.11.tu tantum)*al.*tamen
24. inter auras)*al.*intus aures
P.98.v.3.Polyænon *Autiſ.* Belienon, *malè* *Homer.Od.μ.*
3. Semper inter hæc)*al.*Sed inter hæc

10.fudit)

10.fudit] *al.*fundit.
11.confeſſo] *al.*conceſſo
ibid iunxit] al.vinxit
13.violæque & molle cy.]*al.*ridétq; & c.
21.macer] *al.* marcet
22.Puto] *al.*Porrò
P.99.v.12.verſat manus] *al.*non ſit.
13.perluit ora] *al.*proluit.*al.*artus
P.100.v.4.quid tandem agas] *al.* tamen
8.ego ægrum] ego *in aliis deeſt*
11.tubicines] *al.*ad tibicines
13.non inuideo] *Vet.*non inuenio
20.hæc fieri] *Bit.*hæc frater
24.animúmque eius] eius *in aliis deeſt*
P.101.v.1.Habes] *al.*Habe
8.paratus miles] *al.*parata
10.corporis] *al.* operis
P.102.v.17.alis leporem] *al.*aliis
19.trepidanti] *al.*crepitanti
21. aquis errantibus] *al.* trepidantibus.
ludentibus
22.verſabat] *al.*vexabat
23.Iaſdon] *Bit.*Yaſdon.*al.*Aëdon.*al.*hiru
do.*al.*ſylueſtris Aëdon
24.fuſæ] *al.* fuſa
25.ſua rura] *Bit.&* *Aut.*ſuaſura
26.Premebat] *al.*Tremebat
31.conſedi] *al.*reſedi
P.103.v.1.oculos meos] *al.*ſuos
3. ecquid hodiè totus v.] *al.* ecquid hod
veniſti.*al.*ecquid lotus veniſti

precantis] *al.*præcautis
7.catorogare] *al.* κάτω rogare. *al.*catory-
gare,κατωρυγή.*al.*catalogare.*al.*catamo-
lidare
›4. v.1. poteram confingere] *Bit.*poterat
contingere,languorem ſ.
›id.ſimulare cœpi] *al.*ſimulaui
.lectulo] *al.* lecticulo
.terribilem] *al.* terribili
.Ferrum timui] *al.* tremui
o.mille operta] *al.*malè operta quod tre-
pido malè dabat vſum. *al.* q.t. d. mali
vſum
1.ita non p.] *al.* Iam non
›id.ſupplicio] *Bit.*ſupplicit
2.luſus] *al.* luſis
5.incœpto] *al.* incerto
05.v.2.perfricata] *al.*perfricta
.naturali] *al.*natali
.& Vlyxes] *al.* non exul Vlyxes
18. nam quis concubitus] *al.* Nam quis
concubitus,Veneris q.g.n.
19.petat] *al.* petit
10. Ipſe pater veri] *al.* Ipſe p.v.d.E.in arce
Iuſſit,& hoc v.d.habere deos.*al.* Ipſe pa-
ter vera d.E.in arte.
25.ea nocte] *al.*ſi ea n.
29.conceptiſſimíſque] *al.* conceptíſque iu-
rauit verbis
106.v.5.Septifluus] *Autiſ.*ſemper fluuius.
ibid.hypœpis] *al.* Hypæpis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

7. Et timidas) *al.* ſed tim.

15. Sanctæ tuas) *ſic Autiſ. niſi quod* [...]coris, *habet*, *pro*, pecoris, *&*, feſtus [...] hoſtia lactens. *in al. totus hic verſus* [...]

24. in triuio)*Vet.* in truno.

P. 107. v. 7. maſcarpionem) *al.* maſtu[...]torem. *al.* maſturratorem.

9. puluinum)*al.* puluinar.

11. longæ moram)*Bit.* nomen

14. vtique die feriarum, quo etiam lu[...]tes rident)*hæc in aliis deſunt.*

27. niſi illud)*al.* illum

28. cornu] *al.* coruum.*al.* corium.

30. ſpiſſatis)*al.* ſiccatis.

ibid. ſulcis(*al.* ſuccis.

31. ſcopulíque atque horrida ſaxa)*al.* [...]dit aquas ſcopulus, atque h. ſ. Nilia[...] iacul. aquas.

P. 108. v. 4. & iuſſi ſtare dracones) *al.* i[...] & ſeruire d.

ibid dracones.)*al.* leones.

12. Idæo frutices) *al.* Idæos. *al.* Id. lati[...]

14. tam fabuloſa)*al.* tali fabulatione

17. parete) *al.* para te

20. viuis)*al.* binis

26. ſimulque pannum)*al.* panarium

P. 109. v. 4. pariter ſpoliat)*al.* perite.

ibid. veluti)*in al. deeſt.*

8. ſingularumque) *al.* ſingulariúmque

ibid. quaſdam)*al.* quædam

9. Non Indum)*al.* Indum non.*al.* nitidu[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

o.calcato)v.falcato
3.actu)*al.* aſtu
4. molli ſtillæ latus) *al.* Hinc mollis ſcillæ latus. *al.*m. ſtilla lacus. *al.* molliſtillæ. *al.* moliſtilla. *al.* mollis tiliæ
5. Vimineæ)*al.*Vlmineæ
6. At paries) *al.* Et paries circa.
7. Fortuitóque luto] *al.* Fort. luto clauos n.a.
19.prætereà quæ) *al.*quàm
20.mitia ſorba)*al.* mitia ſeruo
21. pendebant texta) *al.* pendebat. *al.* pendebant exta
22.& tymbræ) *Aut.*Et ymbræ. *pro* Et thymbræ
24.Hecates) *al.* Hecate.*al.* Hecale
25. Battiadæ veteris)v. Bacchineas veteres
ibid.mirando)*al.* viuendo.
110. v. 1.cucumulæ)*al.* cucumæ.
3.vexat cubitum ipſa ſtipite ardenti.) *Deſunt hæc in exemp. Io. Bit. D. non malè.*
5. turbatus , anúmque) *Benedict. exempl.* turbatus animi,& non ſine riſu me erexi.
8. in vicinia) *al.* in vicineam.
22. arte coactas)*al.*volucres.
23. penéque fluentes) *al.* ſaniéque. *al.* pœnáſque luentes.*al.* ferentes. *al.* furentes
24. Phineo)*al.* furtiuo
P.111. v. 2. conuitium)*al.*concilium.

26.ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

26. admiſeris) *al.* admiſiſti
29. ſcierint.) *al.* ſcierit.
P.112 v.14.& deos,& anſeres) *al.* duos an-
20. Quiſquis habet) *Io. Salisb. l.* v. c.
xvi.
22. Danaen) *al.* Daphnen.
27. Seruius & Labeo) *al.* S. vt L.
29. Et veniet) *al.* eueniet
30. Infra) *al.* intra.
P.113.v.9. extraxit) *al.* extrahit
17. Vrticæ) *Vet.* Veticæ.
P.114.v.17. Tyrinthius) *al* Tirneius. *al.* Ti-
neius
ibid. ira) *al.* ora
18. prophanam) *al.* prophanus
21. cauit) *v.* pauit
P.115. v. 14. Philomela) *al.* Philumene
16. tum) *al.* tamen. *al.* tandem
P. 117. v. 14. leùatores) *Sic vet. non*, lec-
tores, *quos antiq. Gloſſ. guloſos & le-
nes interpretantur. al.* lenatores
26. præter liberos) *al.* libertos
P. 118.v.22. Petaui) *al.* Peruſij. *al.* Petilini
P. 121. v. 25. lepidi) *al.* timidi.
P. 122.v.7. verens) *al.* ferens
ibid. reſerare) *al.* ſeruare
22. Obtorto.) *al.* abroſo. *al.* abroſa valg
labella
26. comptum me) *al.* centum vernal
allucitæ. *al.* venales me allu.m.
30. repertæ) *al.* reſtiterant

31. Aum

1. Aumatium) *al.* aumarium
23. v. 24. hiſtrionem) *al.* hiſtrioniam
26. v. 6. meſſis honores) *al.* menſis
0. cauernas) *al.* tabernas
17. v. 13. Maior in externas) *al.* Maior in externa ſita cui deſcendat arenas. *al.* externam ſit qui deſcendit arenam
28. v. 18. profuſo ſang.) *al.* perfuſo
9. Quin) *al.* Qui
29. v. 9. Quæ penitus.) *al.* Quæ penitus merſæ. c. r. a. l. Verberibus r. iter: n. d. a. Frigidus ſtrictis qui
133. v. 30. contigit vlla) *al.* vna
134. v. 1. bona eſt,) eſt *in al. deeſt.*

IN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

IN PETRONII ARBITRI SATYRICON Notæ.

PAg. 3. verſu 16. quam id quod putant gr tiſſimum auditoribus fore.) Editio Lug dunēſis in vetere codice ſcriptum eſſe teſt tur, *auribus*, quod ego emendatius puto quàm *auditoribus*.

v. 22. ſine ſpe prædæ moriatur in ſcopulo Video ſententiam, *moriatur*, ad mortem v que permaneat. Alteram tamen lectionem *moratur*, improbare nequeo. Ouid. lib. 3. Me tam. (de piſcatore) *Ne ſcopulis hærerem ſemp in iiſdem.*

v. 26. ſpes quoque ſuas ambitione donant mihi rectius videtur, *ambitioni*, vt edidit Plan

P. 4. v. 13. priùs more. (tin

Frugalitatis lege polleat exacta.)

Scribendū eſt fortaſſe vno verbo, *prius-more* hoc eſt, more priſco, & veterum Poëtarum conſuetudine, vt apud Propertium, *prius-domina, ante-cupidinibus, ante-lino, nunc-dea*, apud Plautum in Truculento.

Vt ante-parta demus poſt-partoribus.

apud Terentium, *ſemper-lenitas*, & alia id ge-

nus

nus trecenta. *Palleat* verò, quod eſt in c. v. magis placet, quàm *polleat*, id enim ſentit; ei qui velit magnum aliquod moliri, & efficere in literis, more veterum exactè colendam eſſe frugalitatem, ita vt eam rem pallor indicet ex ſtudiorum collectus vigiliis. Caſſius Parmenſis de Orpheo:

---- omnis & illuc
Per litus incumbens Muſæ pallebat amore.

Tenebricoſus Satyricus:

At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis.

Idem,

Iratum Eupolidem vagrandi cum ſene palles.

P.5.v.12.quia nec quo loco]libentiùs legerim, *quin nec quo loco.*

v. 14. donec in curſu fatigatus.] alij libri: *donec ex curſu fatigatus*: probo; vt apud Ciceronem; *feſſus de via.* & apud Plautum; *ex curſura anhelitum ducere.* Alteram tamen lectionem, *in curſu fatigatus*, hoc Ciceronis exemplo tueri licet, in Topicis: *Nam & verberibus torti, & in igni fatigati quæ dicunt, ea videtur veritas ipſa dicere.*

p.12.v.18.& manibus inter ſe vſque ad articulorum ſtrepitum contritis] Dicturus eſt v.17. *qui vt infractis manibus congemuit.* malo tamen, *conſtrictis*: vt in Tholoſ.exemp.

p. 13. v. 26. deſcendentes ab aure capillos meos tentata manu duxit.] Legit vir doctus, *tentata*: ego vna ſyllaba minùs, *lenta*: vt p.20. *me quoq; ad idem ſpectaculum lēta manu traxit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Et, *omniaq́ꝫ infra vmbilicum cœpit lenta man* *cadere.*

p.14.v.5. Et qui non iugulat, victor abi ſolet] Scio quam ex his verbis ſententiam el ciant alij: neque etiam me latet mutata inte punctione longè diuerſam effici:

Et qui non iugulat victor, obire ſolet.

Nam in editione Plantini legitur, *obire*, qua quàm *abire* idem valere poteſt, vt è Feſto, aliis notum eſt.

v.18. Quartilla] al. *Quadratilla.* vt apu Quinctil. *Quadrantaria*, quæ ob quadrante ſui copiam faceret.

p.16.v.4. ballenariam tenens virgam] Al. *be luatam*, al. *venenatam*, φαρμακώδη. al. *balenat* è balenę ſetis confectam. Quid ſi, *Balenarian* Nimirum vt ab arena, arenarius: à verben verbenarius: ſic à balena, balenarius.

p.18.v.12. Deinde vt contubernali meo m liùs ſuccederet] Non eſt aſpernãda v.c. lecti *Contubernali modo*, quia nuper Aſcyltos ei contubernalis fuerat, & eſſe deſierat. ita eni loquitur ipſe Aſcyltos p.7. *Cras autem, qu hoc placet, & habitationem mihi proſpiciam,* *aliquem fratrem.*

p.19.v.20. Igitur ne maiorem iniuriam i ſecreto frater acciperet, conſurrexi ad off cium nuptiale.] Probabilior eſt lectio qua excudit Plantin. *in ſcorto*: non abſimili ſente tia, qua ſcripſit Virgil.

Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culp

Et Ouidius: Co

Coniugiúmne vocas,ſpecioſaq́ nomina culpæ
Imponis Medea tuæ?

M. Antonius in epiſtola quadã ad Auguſtum: *Quid te mutauit? quòd Reginã ineo? vxor mea eſt. Nũc cœpi, an abhinc annos nouẽ? Tu deinde ſolam Druſillam inis? ita valeas, vti tu hanc epiſtolam cùm leges, non inieris Tertullam, aut Terentillam, aut Ruſillam, aut Saluiam Titiſceniam, aut omnes. An ne refert vbi, & in quam arrigas?* Hæc leguntur apud Suetonium in Auguſto, ca. 69. quibus ſibi ſpecie matrimonij detractam, imponere collegæ ignominiam, & infamiam conatur Antonius. Iniuriam autem vſurpaſſe Petronium apparet pro infamia: nempe genus pro ſpecie, ſi modò rectè definitur iniuria in lib. 4. Rhet. ad Herennium: *Iniuria eſt, quæ aut pulſatione corpus, aut conuicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cuiuſpiam violat.*

p. 22. v. 6. Leuatum mento in tribunal excelſum Mercurius capiebat] Fallor? an legendum, *rapiebat*. Quemadmodum enim raptus ab alite ſacro Ganymedes dicitur in obſcœno carmine, ſic Trimalcio raptus à Mercurio dicitur, qui deus ales in eodem carmine vocatur. Sic certè Horat. ſe raptum quoque à Mercurio, & è medio belli periculo ereptum ſignificat his verſiculis:

Sed me per hoſtes Mercurius celer
Denſo pauentem ſuſtulit aëre.

Dictũ autem à Petronio, *leuatum rapiebat*, vt à Plauto, Terentio, Virgilio, *rapere ſublimem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

p.25. v. 15. patentibus in orbem alis, qua-les eſſe ſolent, quæ incumbunt oua] Hæc non damno, ſi Gallinæ incubantes orbicularem referunt figuram. Opinor tamen Petronium ſcripſiſſe: *patentibus in corbem alis*, quoniam ſu-periore dixit verſiculo. *repoſitorium allatum eſ cum corbe.*

v. 19. Conuertit ad hanc cœnam vultum Trimalcio] An hîc *cœna* eſt pars cœnæ? An potiùs ſcribendum eſt, *ſcenam*? vt p 80. *Vtinam quidem ſufficeret largior ſcena.* Eadem illa p. mi-mum interpretatur. *Quid ergo, inquit Eumol-pus, ceſſamus mimum componere?* ludos etiam vocat p. 28. *At ille qui ſæpiùs eiuſmodi ludos ſpe-ctauerat.* Suetonius quoque in Caligula, cap. 15. pro ſpecie & pompa, ſcenam dixit. *Confe-ſtim Paudateriam, & Pontias, ad transferendos matris fratriſque cineres feſtinauit: tempeſtate turbida, quò magis pietas emineret: adiitque vene-rabundus, ac per ſemet in vrnas condidit. Nec mi-nore ſcena hoſtiam, præfixo in biremis puppe vexil-lo, & inde Romam Tiberi ſubuectos per ſplēdidiſ-ſimum quemque equeſtris ordinis, medio ac fre-quenti die, duobus ferculis Mauſoleo intulit.* Au-ſonius in Protreptico ad nepotem:

Pompa tibi, & vani fugiatur ſcena timoris.

P. 26. v. 23. Verum eſt vinum Opimianum præſtò.] Vellem illud, *præſtò*, abeſſet, vel ea conditione, vt in illius locum, *profectò*, ſuc-cederet.

p. 27. v. 3. Ergo viuamus, dum licet eſſe be-ne.]

ne.] Miſeret me illorum, qui hunc verſum emendare conati ſunt, mihi quidem perſuaſum eſt non eſſe Petronij, ſed inepti cuiuſdã verſificatoris, qui falsò putabat non eſſe abſolutam duobus ſuperioribus verſiculis ſententiam.

v. 12. Coronam.] Nam cùm Sol Cancrum permeat, coronarium frequens eſt vſus.

p. 29. v. 1. diúque ſumma carminis penes Mopſum Thracem memorata eſt] Meliùs editio Plantini, *commorata eſt*.

v. 7. Luxuriæ rictu Martis marcent mœnia] Reperio in variis lectionibus, *ritu*; item *luxuria victu*: & poſterius probo, mutata litera, hoc pacto:

Luxurie victa Martis marcent mœnia.

v. 8. Tuo palato clauſus pauo naſcitur] Adſtipulatorem me habent qui reponunt, *paſcitur*: loquitur enim de ſaginatione pauonum, de qua Plinius cap. 20. lib. 10.

p. 30. v. 10. Non diu ergo tumultuatus ſtabuli ianuam effregit, & nos per eandem terram admiſit. Quæ hæc eſt per terram admiſſio? Parum abeſt, quin audeam legere, *feſtrã*? quod oſtium fuiſſe minuſculum in ſacrario, iam alij ex Macrobio docuerunt: & epitoma Feſti, feneſtram interpretatur. Ab hoc autem non eſt alienus Virgilij locus in libro ſecundo Æn.

Ipſe inter primos, correpta dura bipenni
Limina perrumpit, poſtéſque à cardine vellit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Æratos: iámque, exciſa trabe, firma cauauit
Robora, & ingentem lato dedit ore feneſtram

ead. v. 28. ſomnúmq; morti iungerem] Ali libri: *ſomnúmq; mortis ingererem*. Sed prior lectio confirmatur p. 43.

----hic graues alius mero
Obtruncat, & continuat in mortem vltimam
Somnos.

p. 32. v. 3. attuliſſem mihi damnatus manus] Legitur etiam, *damnatas*, quæ lectio Properti verſu comprobatur.

Dicet damnatas ignea teſta manus.

v. 11.
Cùm fortuna manet vultum ſeruatis amici:
Cùm cecidit, turpi vertitis ora fuga.]

Penè affirmarim pro, *cecidit*, legendum videri, *cedit*, hoc eſt, recedit. Iſta enim inter ſe comparantur, manet, cedit: & fortuna venire, manere, abire, redire, recedere ac reuiſere dicitur. Virgil.

Téne, inquit, miſerande puer, cùm læta veniret
Inuidit fortuna mihi?

Horatius (de fortuna:)

Laude manentem, ſi celeres quatit
Pennas, reſigno quæ dedit. Idem:
Vt redeat miſeris, abeat fortuna ſuperbis.

Virgil.

Illæ, vt opes fractæ Teucrûm, & fortuna receſſit.

Idem:

-- multos alterna reuiſens
Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locauit.

v. 14.

v.14.nomen diuitis ille tenet.]
Nomine diuitis inſcriptum fuiſſe mimum, è Seneca intelligere eſt, epiſtola 115. vbi ſuo more Mecœnatem exagitat: *Hunc eſſe qui in tribunali in roſtris, in omni publico cœtu, ſic appa-ruerit, vt pallio velaretur caput, excluſis vtrinque auribus, non aliter, quàm in mimo Diuitis fugiti-ui ſolent.*

Ead.v.27. Aufugi iudicium] Hic ſermo non ſine exemplo. Propertius;

Quiſquis es, aſſiduas aufuge blanditias.

Q. Cicero apud M Fratrem, libr. 1. de natura deorum.

Andromeda aufugiẽs aſpectum mœſta parentis.

p.39.v.2. traductúmque inter condiſcipu-los, quibus iactaſſet ſenſum meum] Senſus hic, opinione quidem mea, ſenſu caret. Pro-inde arbitror legendum eſſe, *quibus iactaſſet cenſum meum*, id eſt, apud quos me feciſſet vnum beatiorum, vt loquitur Catullus.

p.41.v.14. O patria! pulſas mille credidimus rates] Exclamatio hæc, *O patria!* ſumpta è ve-teri Poëta Ennio, opinor, in Andromacha: *O pater! ô patria! ô Priami domus!* apud Ciceronẽ in ſecũda diſputatione Tuſculana. quod imi-tatus etiã Virg. *O patria! ô diuûm domus Ilium!*

p.43. v.22. Ceterùm, ne & tecum quoque habeam rixandum, toto die me ab hoc cibo abſtinebo] Vereor ne particula, *dum*, malè adhæſerit verbo, *rixam*, ſítque diuellenda, vt ab ea tertia periodus incipiat, hoc modo:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Cæterùm, ne & tecum quoque habeam rixam toto die me ab hoc cibo abſtinebo. Immò, inquam ego, ſi eiuras hodiernam bilem, vnà cœnabimus. Dum mando ædicularum cuſtodi cœnulæ officium, video Gytona : & quæ ſequuntur. Profectò, ſic collocata hac particula, *dum*, locus videtur integer, nec quicquam opus eſt aſteriſcis. Prætereà τὸ *dum*, ſæpe inchoat comprehenſionem, & narrationem connectit vt: *Dum hæc fabula inter amantes luditur*. & pa 50. *Dũ Eumolpus cũ Bargate in ſecreto loquitur*

p.46.v.26. Hoc eſt, inquam, quod promiſeras, ne quem hodiè verſum faceres] Acrior & incitatior erit oratio cum interrogatione *faceres*? Verùm & ſine interrogatione poteſt eſſe εἰρωνία.

p.49.v.13. Ille tot hoſpitum potionibus liber, vrceolum fictilem in Eumolpi caput iaculatus eſt]Editio Plantini, & Lugdunenſis *liberum*, rectiùs: id eſt, vacuum & exhauſtum.

p.50.v.12. Iniuriámque Eumolpi, aduocationémque commẽdabam.] Auet animus legere, *iniuriámque Eumolpo, aduocationémque commodabo*. Commodabat enim iniuriam Eumolpo, quia eum excluſerat, quo nomine competere actionẽ iniuriarũ docet M. Tullius in Oratione pro Cæcinna. Commodabat aduocationem, quia illi quodammodò aderat ſpectans per foramen, &, vt ipſius verbis vtar, fauebat vapulanti. Iniuriam autem & aduocationem alicui commodare ita dictum,

vt p. 57.

rt p.57.*commodare manum*, & p.73. *commodare ocum perituro* , & p. 92. *commodare amplexus.* Huc accedit quòd verbũ *commodare* , pulchrè onuenit aduocationi. Aſconius in Ciceronis diuinationem: *Qui defendit alterum in iuicio,aut patronus, dicitur, ſi orator eſt:aut aduoatus, ſi aut ius ſuggerit , aut præſentiam ſuam mico commodat:aut procurator, ſi negotium(abntis)ſuſcipit:aut cognitor, ſi præſentis cauſſam noit,& ſic tuetur vt ſuam.*

p.52.v.16.Et in poteſtate ſua eſſe Gytonem eritiſſima propoſitione monſtrabo] Si atnderis quæ ſequuntur, vix dubitabis quin a legendum ſit: *Et in poteſtate tua eſſe Gytonē eritiſſima proditione monſtrabo.* Nam ſtatim cturus eſt , *meritò* , *inquam* , *excandeſceres*, *ſi ſſes proditum oſtendere.* Tria hæc, *meritò*, *protum*,*oſtendere*,tribus illis reſpondent,*meritiſma proditione monſtrabo.* Sic p. 92. *totámque llaciam inuidioſa proditione detexerit.*

v. 25. Gyton collectione ſpiritus plenus ntinuò ita ſternutauit, vt grabatum concuret]Inſerendum aduerbium , *ter*, ex v.c. *ter ntinuò ita ſternutauit.*

p. 54. v. 8. Moraris, inquit, Eumolpe, tanàm propudium ignores] Verba ſunt nau vectores vrgentis, vt nauem properè conendant. Quare faceſſat illud , *propudium*, in eius locum remigret, *prope diem* ; quia gnificat non longè abeſſe lucem. Nonum enim planè diluxiſſe, proxima hæc ver-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ba declarant, *& adoratis ſideribus intro n*
uigium.

p. 58. v. 28. adhuc aliquod iter ſalutis qu
rendum eſt] Malim, *aliud* pro *adhuc*, vt in ed
tione Lugdunenſi.

p. 65. v. 21. Quid dicis tu latro? quæ ſo
ſalamandra ſupercilia tua excuſſit] *τὸ ſola* v
detur inducendum, vt natum è repetito tem
rè initio ſequentis verbi, *ſala Salamandra.*

p. 67. v. 1. Gyton ad virilia ſua admouit n
uaculam inſertam] libri quidam, *inſertam*, al
inſectam: veriſimilius eſt, *infeſtam.*

v. 11. Cùm appareret futurum non tralat
tium bellum] Ego quidem *tralatitium* non r
prehendo, ſed tamen v. c lectio *ſtlatarium*, ip
vocis nouitate ſe mihi commẽdat, bellúmq
ſtlatarium, lentum dici videri poteſt, à ſtla
genere nauigij, cui latitudo nomen dedi
auctore Feſto. Ita enim à lembo ſiue ſtlemb
equum grauem, & tardum, pedibus ſtlen
bum Lucilius vocauit. Nec diſſimile illu
Plauti in Pœnulo:

Tardiores quàm corbitæ ſunt in tranquillo ma

Ac paulò pôſt:

Obſecro hercle, operam celocem hanc mihi, ne co
bitam date.

Imò enimuerò cùm cogito, ſtlatariũ bellu
& tralatitium idem ferè eſt, ludicrum videl
cet certamen, vt vis quædam feſtucaria. Na
in vetere gloſſario, ſtlatarius, exponitu
ἐργόμωκος.

v. 2

v.25. Hæc vt turbato clamore mulier effu-
lit] Mulier ipſa turbata potiùs erat, quàm
urbatus clamor. Itaque magis probarem, *tur-*
ata clamore. Nec enim diuerſo ſermonis ge-
ere vtetur p. 69. *Agnouit Tryphæna verum*
Gytona: lacrymiſque turbata, tunc primùm bona
de puero baſium dedit. Nam τὸ *clamore* per ſe
tat, idémque valet, ac ſi dixiſſet, *cum clamore.*
Virgil. 1. Æn.

-- *& templum clamore petebant.*

dem 8. Æn.

Diſceſſu mugire boues; atque omne querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.

p.77. v.3. Percurrêre piſcatores] fortaſſe,
rocurrêre.

p.83. v.7. prætereà curandum eſt, ne ſenten-
iæ emineant, extra corpus orationis expreſ-
e, ſed intecto veſtibus colore niteant. Editio
lantini, & Lugdunenſis, & exempl. Autiſ. *in-*
exto, quod verius puto. Sic enim hac p. *ſen-*
ſúmque teneriorem verborum ambitu intexuit.
lin. c.48. lib.8. *Aurum intexere (veſtibus) in ea-*
em Aſia inuenit Attalus Rex, vnde nomen At-
alicis. Idem c.11. lib.13. *Et tamen adhuc malũt*
arthi literas veſtibus intexere. Vtitur & M.
Tullius eo ſæpe verbo metaphoricῶς.

v.10. Cæteri enim aut non viderunt viam,
qua iretur ad carmen, aut verſum timuerunt
alcare] Longè probabiliorem cenſeo lectio-
em v.c. *aut viſam timuerunt calcare.* Calcare
iam, vt Horatius,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Et calcanda ſemel via lethi.

v. 12. Ecce bellis ciuilis opus quiſquis at-tigerit] Interpungendus ita videtur locus: *Ecce belli ciuilis ingens opus: quiſquis attigerit.*

v. 21. tanquam ſi placet hic impetu] Tollendum eſſe aſteriſcum puto: nihil enim deeſt, ſed *tanquam*, valet *exempli gratia*: quemadmodum apud Plautum: *veluti*, *ſicut*.

In Aulularia:

--- facinus audax incipit
Qui cum opulento pauper cœpit rem habere negotium,
Velut Megadorus tentat me omnibus miſeru modis.

In Pænulo:

Ita me dij ament, tardo amico nihil eſt quicq iniquius:
Præſertim homini amãti, qui quicquid agit pr perat omnia,
Sicut ego hos duco aduocatos.

p. 84. v. 6. Quæritur in ſyluis Mauri fer] Ita editio Lugdunenſis. Aliquanto rectiù niſi fallor: vt ſit Enallage numerorum, *in ſyluis Mauri*, pro Maurorum, & Mauritania Poteſt etiam legi, *Mauro*, tertio caſu, pr quæritur à Mauro venatore. Vel *in ſylu Mauris*, Mauræ ſyluæ, vt apud Horat. *Maur iacula, Mauri angues*, & *Maura vnda.* Nam d venatione leonum hîc Petronium loqui, e quæ de tygride ſubiicit facilè fidem fece

rint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ıt. In Mauritania autem multi & magni
ꝥnes. Vel teſte Horatio.

Quale portentum neque militaris
Daunia in lotis alit aſculetis:
Nec Iuba tellus generat, leonum
Arida nutrix.

p.86.v.4. Cocytia perfuſus aqua] Aut duæ
cales in vnam contrahuntur, aut ſecunda
ılaba huius vocis, *Cocytia*, non conuenit
rſiculi modulo. Quare probo quod eſt in
ıis editionibus, *Cocyta* pro *Cocytia*, vt *Ce-*
unum ſaxum, pro *Ceraunio* dixit Propertius,
Non potuit ſaxo vitam poſuiſſe Cerauno?
vt idem dixit *Partham tellurem*, & *Parthos*
os: ac Virgilius, *Romulam tellurem*.
v.28. & dum varios lapis inuenit vſus] Re-
ùs editio Lugdun.
-- *ac dum varius lapis inuenit vſum.*
ſi *varios* ſcriptum ſit, ἀρχαϊκῶς, pro, *varius*:
p.25. *probitas eſt carbunculos*.
orat ſat. 4. lib. 2.
Ten' lapides varios lutulenta radere palma?
ep. 10. lib. 1.
Nempe inter varias nutritur ſylua columnas.
ibus in locis, *Parios*, & *Parias*, qui repo-
nt, Parij marmoris ſenſum habent. Varium
tem lapidem videtur ſignificaſſe p.85.
--*ac maculis imitatur vilibus aurum.*
endosè, vt ſuſpicor. At editio Plantini
nendatiùs, *ac miculis mutatur vilibus aurum*.
eſt, auro emitur vel permutatur vari⁹ lapis.
Plinius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Plinius cap. 1. lib. 36. *quos ad vſus, quáſi ad voluptates alias, niſi vt inter maculas lapidu* [...]*ceant*. Et c. 7. eiuſ. lib. *Differentia eorum* [...] *Ophite, cùm ſit illud ſerpentium maculis ſim*[...]

P. 87. v. 21. Actia cóſque ſinus & Apolinis arma timentes] Quò referatur illud, *time*[...] non diſpicio. In edit quidem Lugdun. [...]tur, *trementeis*, vnde forſitan legendum [...] *frementis*. frementem enim & iratum hoſt[...] Apollinem in Actiaca pugna deſcribit [...]pertius in Eleg. 3. lib. 4.

Non ille attulerat crines in colla ſolutos,
Aut teſtudineæ carmen inerme lyræ.
Sed quali aſpexit Pelopeium Agamemnona v[...]
Egeßitque auidis Dorica caſtra rogis.
Aut qualis flexos ſoluit Pythona per orbes
Serpentum, imbelles quem timuere lyræ.

Quinetiam eò progredior, vt totum loc[...] illum Petronij hoc modo ac ordine lege[...] putem:

Cerno equidẽ gemina iam ſtratos morte Philip[...]
Theſſaliæque rogos, & funera gentis Iberæ,
Et Libyæ cerno, & tua Nile gementia clauſtra[...]
Iam fragor armorum trepidantes perſonat au[...]
Actiacóſque ſinus, & Apollinis arma timente[...]

p. 88. v. 7. *Flumina per notas ibant morien*[...] *ripas*]

Morientibus illis fluminibus opem ferre [...]nabimur, non abſurda prorſus opinione ſc[...]ptum fuiſſe à Perronio,

--nec vaga paſſim

Flum[...]

Flumina per notas ibant torrentia ripas.

ɔc ſenſu: vaga flumina, paſſim torrentia, tũc
ɔn ibant per notas ripas. non ampliùs, in-
iam, alueo ſuo & ripis, flumina continebanr-
; ſed effuſa per agros & ſyluas omnia ſter-
ɛbant & rapiebant ſecum. Loquitur enim
ɛ prodigiis bellorum ciuilium, de quibus
iam Virgil. lib. 1. Georg.

roluit inſano contorquens vortice ſyluas
'uuiorum rex Eridanus, campóſque per omnes
um ſtabulis armenta tulit.

em in libro 2. Georg.

ec non & torrentem vndam leuis innatat alnus
'iſſa Pado.

inius de eodem Pado, ſiue Eridano cap.
;. lib. 3. *Augetur ad Canis ortus, liquatis*
uibus, agris quàm nauibus torrentior, id eſt
piditate & impetu nocentior. Vt autem
rrentem vndam dixit Virgilius, ſic &
ɛneca in epiſt. 40. *Habeat vires magnas,*
oderatas tamen, oratio ſit perennis vnda non
rrens.

lem Virgil. in Eclog. 7.

Hîc tantum Boreæ curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina
ripas.

Torrentia flumina, vt Homero, χείμαῤῥοι
ɔταμοὶ, ιλ. δ. Petronius verò *notas ripas* di-
it, imitatione Horatij, torrentem amnem
eſcribentis, in laudatione Pindari:

Monte

Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem ſuper notas aluêre ripas,
Fertur, immenſúſque ruit profundo
Pindarus ore.

p.90.v. 5. ---- *mox flumina montibus altis*
Vndabant modò nata: ſed hæc quoque iuſſa p-
ſtabant] *tar.*

Neque lectionem, neque interpunctione improbo. Hoc enim ſentit, flumina quaſi ma-gico aliquo carmine, iuſſa & coacta, ſtetiſſ Verùm in v. c. Douza legi aſſerit,

--- *ſed hæc quoque iuſta putares,*

quod damnare mihi religio eſt: præſerti cùm v. c. in editione Plantini ſequentia it concipit,

Vinctáque mox ſtabant.

Flumina, inquit, modò nata, vera & perenni flumina videbantur: eadem tamen mox con creſcebant & conſiſtebant, *Iuſta* verò *flumi-na*, dixit Petronius, vt Ouid. in eleg. 5. lib. 3 Amorum, vbi torrentem obiurgat, flumen ligitimum:

Quid ſi legitimum flueres, ſi nobile flumen?

Iuſtum quoque amnem dixit Liuius in libro primo: *Sorte quadam, diuinitùs, ſuper ripas Ti-beris effuſus lenibus ſtagnis. nec adiri vſquàm ad iuſti curſum poterat amnis.*

v.28. *Intereà volucris motis conterrita pennis Fama volat.*]

Nunc primùm editū̃ eſt, *volucris*, cùm anteà legeretur, *volucer*: quod tamen expungi non debuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

debuit. Ita enim dictũ, *volucer*, genere fœminino, vt *acer hyems*. Ennius apud Priſcianum:

Æſtatem autũnus ſequitur, poſt acer hyems ſit.

quẽ verſum laudat quoque Seruius in 6. Æneid. ſcribítque veteres etiam dixiſſe, *alacer*, tam fœminino, quàm maſculino genere.

p.91.v.27. -- *gemino cum Conſule Magnus*
Ille tremor Ponti, ſæuíque repertor Hydaſpis,
Et piratarum ſcopulus]

Repertor Hydaſpis, vocatur Pompeius, quia fabuloſum illum fluuium exiſtimabant; qua ex opinione vulgi ſcripſit Horatius:

-- *vel quæ loca fabuloſus*
Lambit Hydaſpes.

Alij tamen libri, vt editio Lugdunenſis,

-- *ſæui quoque terror Hydaſpis.*

Alij verò, vt editio Steph.

-- *ſæuíque repertus Hydaſpis.*

Repertus terror, qui præter opinionem ei terror extitit. Virgil.

Dic age, namq; mihi fallax haud antè repertus
Hoc vno reſponſo animum deluſit Apollo.

Ennius apud Feſtum, in Nauus:

Nauũ' repertus homo eſt, Graio patre, Graius
homo, rex.

Cæcilius, in Epiſtola, apud Priſcianum:

Nam nouu' quidem deus repertus eſt Iouis.

Plautus in Captiuis:

Tu repertus, qui Philocratẽ ſuperes veriuerbio.

Elegãter autem, *ſcopulus piratarum* dictus Põpeius, vt eodem tempore tribunal L. Caſſij, ſcopu

ſcopulus reorum, apud Valer. Max.

p. 93. v. 4. *Atque intertorto laceratā pectore v*

Sanguineā tremula quatiebat lampada dex

Editio Lugd. *inter toto*, quo modo legiſſe e Lilium Gyraldum apparet, cōmoda & ape ſententia. Inter veſtem, inquit, toto pect laceratam, quatiebat lampada. Nam vel vtpote lacera, non obſtabat quò minùs illam vibraret facem. De lacera veſte Diſc diæ, Virgilius:

Et ſciſſa gaudens vadit Diſcordia palla

Porrò ſcio, eſſe, qui illud *ſanguineam lampa* concoquere non poſſint, legántque:

Sãguinea tremulam quatiebat lampada dex

A quibus diſſentio. Nam *ſanguinea lampas*, ſanguinei coloris flammam, dicitur, vt ap Virgilium:

Non ſecus ac liquida ſi quando nocte comet
Sanguinei lugubre rubent.

v. 18.

Quid porrò, tu Diue, tuis cunctaris in arm

Diue, retineri poteſt κτ̀ πρόληψιν, quia D cordia, vt dea, futurum diuum ſciebat: ma tamẽ probo quod eſt in editione Lugdun *Die*: quoniam Iulo prognatus Cæſar, & à V nere ac ipſo Ioue ducebat originem. Sic ei dem gentis Ilia, dia vocatur ab Ennio ap Nonium in Nepos fœminini generis:

Ilia dia nepos quas arumnas tetuliſti?

Dium, inquit Feſtus, *antiqui appellabant, v Deo ortum.*

V. 2

v. 20. *neſcis tu Magne tueri*
manas acies]
onui iampridem, & nunc moneo, legendum
deri, *Romanas arces*, vt p. 87.
Omnia quæ tribui Romanis arcibus, odi.
agnificentiùs enim Romanæ arces dicun-
r, quàm vrbs Roma: vt Carthaginis arces,
ıàm Carthago: & Pergameæ arces, quàm
ergama. Virgilius:
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum.
em, *Aſcanióne pater Romanas inuidet arces.*
, *Cùm fera Carthago Romanis arcibus olim*
Exitiũ magnũ, atque Alpes immittet apertas.
otiſſimum eſt vt Pompeius aduentante Cæ-
re, vrbem reliquerit: quid tamen impedit
iceronem audire in epiſtola decima lib. 7.
d Atticum: *Per fortunas, quale tibi conſilium*
ompeij videtur? Hoc quære, quòd vrbẽ reliquerit.
go enim ἀπορῶ. *Tum, quid abſurdius? Vrbem tu*
linquas? Ergo idem ſi Galli venirẽt. Et in epiſt.
5. lib. 8. ideò vocat Pompeium ἀπολιτικώτα-
τον καὶ ἀστρατηγικώτατον. quibus iſta planè re-
pondent, *neſcis tueri Romanas arces.* Et epiſt. 2.
iuſdem libri: *Nihil vlla ingente vnquã. ab vllo*
uctore Reipub. ac duce turpius factum eſſe vide-
ur, quàm à noſtro amico factũ eſt: cuius ego vicem
doleo, qui vrbem reliquit, id eſt patriam, pro qua,
& in qua mori, præclarum fuit.
v. 25. Cùm hæc Eumolpus ingenti volu-
bilitate verborum effudiſſet] Temerarium
non eſt, quod in v. c. legitur, *ingenti bile*: ſi
quidem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

quidem per bilem, inſaniam poëticam in[…] ligit, de qua p. 43. *Imò, inquam, ſi eiuras hi[…] ernam bilem vnà cœnabimus.* Horat. in […] Poëtica:

--- o ego læuus,
Qui purgo bilem ſub verni temporis horam;
Non alius faceret meliora Poëmata.

Quare illa verba, *volubilitate verborum*, in[…] cenda puto, vt quæ huc irrepſerint ex ve[…] 31. eiuſdem p. *Ex præſcripto ergo conſilij c[…] munis, exaggerata verborum volubilitate.*

P. 97. v. 24. vt putares inter auras cane[…] Sirenum concordiam] Variant libri. alij: […] *ter auras*: alij, *inter aures*: quidam, vt edi[…] Plantini, *intus aures*. eámque affirmat eſſe v[…] ſcripturam. Sic tamen locutos eſſe Lati[…] linguæ auctores, præſtare non auſim: eò l[…] bor potiùs, vt neutrum illud, *auras*. & *aur*[…] exiſtimem eſſe Petronij. Etenim multò a[…] gutius videtur, *intus canere*, multis de cau[…] ſis. primum, *intus canere*, id erit, in ipſo qu[…] ſi ore & gutture Circes canere. Deinde, val[…] peritè & artificiosè canere. Poſtremò fu[…] tum quoddam animorum indicabit, & per[…] ſubreptos omnes audientium ſenſus ſuaui[…] ſima illa modulatione. Alluſum autē ad Græ[…] corum Prouerbium, ἀσπένδιοι κιθαρισταί, d[…] quo ſatis ſit, ad hunc locum adferre, qu[…] in Ciceronis 3. Verrina ſcribit Aſconius: *Cùm canũt citharistæ, inquit, vtriuſq; manus fũ gũtur officio. Dextra plectro vtitur, & hoc eſt for[…]*

caner

nere : Siniſtra digitis chordas carpit : & hoc eſt ius canere. Difficile autẽ quod aſpendius citharia faciebat, vt nõ vteretur cantu vtraq; manu, omnia, id eſt, vniuerſam cantionẽ intus, & ſiſtra tantùm manu complecteretur. Vnde omnes otquot fures erãt, à Græcis Aſpendij citharistæ Prouerbio dicebantur, quod vt ille carminis, ita furtorum occultatores erant.

P.98.v.20. Quid eſt, inquit: nũquid te oſcun meũ offendit? Nunquid ſpiritus ieiunio acer? Corpus quidem ieiunio maceſſit, ſpirus vero, anima, & anhelitus qui poteſt? legendum, *ſpiritus ieiunio acer?* vt acrem ritum grauioris odoris dicat, quomodo it Virgilius:

-- ſauámque exhalat opaca Mephitin.

Catullus:

Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur
Valle ſub alarum trux habitare caper.

m: *Quare aut crudelẽ naſorum interfice peſtẽ.* citur ſæua Mephitis, trux caper, crudelis orũ peſtis, vt acer ſpiritus. Spiritus quoque r dicitur ab Horatio, quanuis alia notione bi.

Idcirco quidam, Comœdia, necne Poema
Eſſet, quæſiuere, quòd acer ſpiritus, ac vis
Nec verbis, nec rebus ineſt.

deri poſſit etiam legendum, *marces, putret utet:* vt Plinius ait, auis Lagopodis occiſæ pus ſtatim marceſſere. Ieiunis autem acri- fœtidiórq; ſpiritus. Martialis:

Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Quod ſiccæ redolet palus lacunæ,
Quod ieiunia ſabbatariorum.

Cæcilius Plotio, apud Gellium:

Sed tua moroſáne vxor? Quam, rogas?
Qui tandem? tædet mentionis: quæ mihi
Vbi domum adueni ac ſedi, extemplò ſuau
Datat, ieiuna anima. Nil peccat ſuauio:
Vt deuomas volt, quod foris potaueris.

p. 104. v. 6. Ter languidior coliculi pentè thyrſo] Pace grãmaticorũ mihi l ex aduerbio participiũ facere, minima ratione, & ſcribere, *tepente thyrſo.* Thyrſ nim coliculi vbi intepuit, fit languidior ſimile autem non illud Catullianum:

Languidior tenera cui pendens ſicula beta

p. 105. v. 8. Et quidem Tragici oculos tanquàm audientes, caſtigant] Dicere v tur, Tragicos interdum oculos ſuos ob gare, tanquàm oculi verba eorum aud Sed fortaſſe ſcriptum fuit *audientes*, pro, *o tes*, id eſt, odio habentes, & inuiſos ſib contrà veteres dixerunt, *Rodus, orum, ori orata*, pro, *Raudus, aurum, auricula, au* Sic apud ipſum Petronium p. 6. vbi leg *in conductum accucurrit*, v.c. habet *aucuc* quod poſitum fortaſſe, pro, *occurrit.* Ve autem dixiſſe *odio odis*, & Feſtus docet. *ſunt*, inquit, *ab odio odis declinaſſe antiquos, C. Gracchus.* Inde participium *odientes.* *odiui*, pro, *odi*, legitur in Antonij epiſtol Hirtium & Cæſarem: *Mihi quidem conſta*

m

eam contumeliam, nec meorum ferre, nec deſere-partes, quas Pompeius odiuit.

V. 15. *Damnatiſque nouæ ſimplicitatis opus.*] ımplicitatem illam nouam non eſſe, ea quæ quuntur declarant. Sciunt autem qui in his teris verſantur, b, & v, ſæpe inter ſe commutari. Itaque puto ſcriptum à librario fuiſſe, *onæ*, quod poſteà in *nouæ* deprauatum ſit. ona verò ſimplicitas, quæ, vt ait Plautus, eſt ne vlla malitia mala.

V. 20.

ſe pater veri doctus Epicurus in arte
Iuſſit, & hoc vitam dixit habere telos.]

Quamuis priori verſiculo ſit opus tibicine, on fulciam tamen, ſed leuiter duntaxat mubo poſterioris initium, & interpungam, hoc ıodo:

Ipſe pater veri, doctus Epicurus in arte,
Luſit, & hoc vitam dixit habere telos.

erſpicua ſententia. Ipſe Epicurus, pater ve-, vt ille apud Flaccum, *non ſordidus auctor aturæ verique*: doctus in arte, nimirum voıptaria, & amatoria, luſit, indulſit amori ſcicet ac Veneri: hoc enim plerumque Latinis t Ludere. Liuius Andronicus apud Feſtum, ı Adfatim; *Adfatim edi, bibi, luſi*: quod Græci, φαγεῖν, ἔπιον, ἠφροδισίασα: vt in epigrammate aıdanapali apud Athen. lib. 12. ἐγὼ ἐβασίλευσα, ἕως ἔχεν ἑώρων τοῦ ἡλίου φῶς, ἔπιον, ἔφαγον, φροδισίασα. Propertius:

Turba

Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim
Tanta, in qua populus luſit Erichthonius.

Catullus in Hymenæo.

Ludite vt lubet, & breui
Liberos date.

Ouid. eleg. 8. lib. 1. Amorum:

Ludunt formoſæ: caſta eſt quam nemo rogau

Plena exemplorum omnia: ſed vnum d taxat addam è Nuptiis Pomponij, apud N nium in Condepſere:

Partem inſipaui, concluſi, indepſui.

Scripſi ego de coniectura, *concluſi*? quãuis libris Nonij legatur *concluſi*, quod nec i cior defendi poſſe.

AD IDI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

AD IDEM

PETRONII ARBITRI SATYRICON

Collectanea.

p.1. v.14. VT cùm in forum venerint, putent ſe in alium terrarum orbem dela-
tos]Seneca in proœmio lib.9. Controuerſia-
rum : *Itaque velut ex vmbroſo & obſcuro pro-
deuntes loco claræ lucis fulgor obcæcat. Sic illos à
ſcholis in forum tranſeũtes, omnia tanquàm noua
& inuſitata perturbant.*

p.2.v.3. Sed reſponſa in peſtilentiam data]
Corn. Tacitus ſiue quis alius author Dialogi
de Oratoribus : *Sic fit vt tyrannicidarum præ-
mia, aut vitiatarum electiones, aut peſtilentiæ re-
media, aut inceſta matrum, aut quicquid in ſcho-
la agitur quotidiè, in foro vel rarò vel nunquàm
ingentibus verbis perſequantur.*

p.2.v.21. Grandis, &, vt ita dicam, pudica]
Idem. *Oratio ſicut corpus hominis ea demùm pul-
chra eſt, in qua non eminent venæ, nec oſſa nume-
rãtur, ſed tẽperatus ac bonus ſanguis implet mem-
bra, & exurgit toris: ipſos quoq; neruos robur tegit,
& decor cõmẽdat.* Vide Iuuenal. ſat. VIII. Quin-
tilian. lib. II. c. XI. lib. V. c. XII. lib. XII. c. VI.

v.24. Enor. loquacitas]Ful. Myth. *Apud Rhe-
tores verò aliud profuſo & libero curſu effrænata
loquacitas, aliud conſtricta virtutis indagandæ
curioſa nexilitas.*

v.27. Semélque corrupta eloquent. reg.]

Vide Vel.Patercul.ſub finem vol.1.

p.3.v.5.Non eſt paſſus Agamemnon.]Iufr *Sed veritus ne Menelaus etiam anteſcholanu* Iuuen. --*ſurgis tu pallidus Aiax Dicturus dub pro libertate.*

v.30.Quòd ſi paterentur.] Author dialogi d Oratorib. *Nec in Authorib. cognoſcendis, nec euoluenda antiquitate, nec in notitia vel rerun vel hominum, vel temporum, ſatis operæ inſum tur: ſed expetuntur quos Rhetoras vocant.*

p.4.v.10. Schedium Lucillianæ humilit tis.]Apul.apolog.1.*Omnifariàm noueritis, & iſto, vt ait Lucilius, ſchedio experimini.*

v.22. Det primos verſibus annos] Seruii in illud Eclog.4 *At ſimul heroum laudes.* Bon *ordine* (inquit) *primò poëtas, deinde hiſtorico deinde philoſophos legendos dicit.*

v.25.Demoſthenis arma.]Propert.*Perſequ aut ſtudium linguæ, Demoſthenis arma.*

v.31.Grand.verba minentur] Martial. *L queris, ſonâſque grandibus minax verbis.*

p.5.v.2.Plenus Pierio.] Auctor Dialogi d Orator. *Hæc ſibi illa veteres perſuadebant, ad h efficienda intelligebant opus eſſe, non vt Rhetoru ſcholis declamarent, nec vt fictis, nec vllo modo a veritatem accedentibus controuerſiis linguai modò & vocem exercerent: ſed vt iis artibus p ctus implerent, in quibus de bonis ac malis,* &c.

p.5.v.19. Cœpit me præcedere] genus lo quendi frequens Petronio.ſic eadem p. & p *mediũ lupanar fugere cœpi.* Et rurſus: *Cœpit r*

ga

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ζare ſtuprum. p.6. *cœpitque mihi velle pudorem*
*ɛxtorquere.*p.8.*& me cœpit non perfunctoriè ver-*
*berare.*ead.p.*Diligentiùs conſiderare pallium cœ-*
pit. & p.11. *præcluſiſque foribus ridere , acumen*
non minùs concionum,quàm calumniantium cœ-
pimus.

v.21.Cētonem anus vrb.reiecit] Doſitheus
nagiſter in arte: ἐ οὕτως ἡρμοσμένῳ κέντρωνι εἰσῆλ-
ον, ἐ περὶ τὸν ἡπασάμην καθηγητάς. Virgil.
- duplicem ex humeris reiecit amictum.

v.27.Operui caput]Alibi, *operuit caput, ex-*
*ráque templum profugit.*Plaut.in Moſtell. *Ca-*
ite obuoluto vt fugiat cum ſummo metu. &, *Ca-*
*te reſpexis,fuge atque operi caput.*Næuius: *Am-*
orum vxores noctu Troia de exibant , capitibus
pertis flētes ambæ,abeuntes lacrymis cum multis.

p.6.v.11.Meretrix aſſem exegerat]Arnob.5.
Cypriæ Veneris abſtruſa illa initia præterimus,
uorum conditor indicatur Cyniras rex fuiſſe : in
uibus ſumentes certas ſtipes inferunt vt mere-
rici. Clemens, νόμισμα δὲ εἰσφέρουσι αὐτῇ οἱ
υούμενοι ὡς ἑταίρᾳ ἐρασταί.

v.12.Niſi valentior fuiſſem]Ouid. *Inſequi-*
ur,fugio:fortior ille fuit.

v.13. Dediſſem pœnas] Catal. *Nimirum*
bertam conuolatis ad pœnam.&, *Furatum venis*
uc amore pœnæ. Mart. *Immatura dabant infan-*
as corpora pœnas.

v.16.Crepidine ſemitæ]Seruius: *Crepidines*
iarum,ipſa eminentia dextra ſiniſtráque.

v.20.Lacrymas pollice expreſſit]an poti⁹,*ex-*
*erſit.*Ouid.*- & lacrymæ vocē impediēre loquētis,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Quas vbi marmoreo deterſit pollice virgo. Ide
Eurytidos lacrymas admoto pollice ſiccat Alcme

Catull. *--vt terſti lumina ſæpe ma*

v.21.habitu fratris.]Scholiaſtes Lycoph.τ ξένους ἀδελφοὺς τὰς ἐρωτικὰς ποιοῦσιν. οἱ γὰρ ἐρῶν φωρατῆναι λέγουσιν, ἀδελφός μου ὁ συγγενής ἔστιν.

v.31. Cuius ne ſpiritus purus eſt] Suetc in Neron. *Ex nonnullis comperi, perſuaſiſſim habuiſſe eum, neminem hominum pudicum, a vlla parte corporis purum eſſe.*

p.7.v.5. Cum fortiter fac.] Apul.lib.2. Aſin. *Abi ergo, ac te compara, tota enim nocte cum fortiter & ex animo præliabor.* & alio loc *Præliare,* inquit, *& fortiter præliare. Nec enim bi cedam, nec terga vertam.*

v.6.Eadem ratione]Martial. *--here qui p Hyle fuiſti, Dic nobis hodiè qua ratione vir es.*

v.7.In diuerſorio puer] Seneca, *Tota no peruigilat, quam inter ebrietatem domini, ac li dinem diuidit, & in cubiculo vir, in cõuiuio pu*

v.11. Vitream fractam] Xiphil.in Cla ὥστε καὶ τὸ λογοποιηθῆναι, ὅτι κἂν ὑάλινα σκεύη συντετριμμένα τινὰ, πολίτης ἔσται.

v.24.Rumoribus different]Tacit. *Pars mu maxima imminentes dominos rumoribus diffe bant.* Terẽt. *Nã quod rumore diſtulerũt maleu*

v.25.Tanquàm ſcholaſtici]*Scholaſtica*, le quod alibi à me lectum memini.

v.19. Tardum eſt, inquam, differre qu placet]Seneca, *Affectus non ſuſtinet moram.*

v.3

v.30. Diuiſionem libido] *Nec enim bene um ſociis regna Venúſque manent.*

p.8.v.4. Oſculíſque tandem bona fide ex.] Alibi: *Tunc primùm bona fide puero baſium de-lit.* Item, *Optima fide reuiuiſcentem amicitiam oto pectore aſtrinxi.* Laberius: *Tollet bona fide vos Orcus nudas.* Florus: *P.R.cum bona fide ado-euiſſet.* Plinius: *Optima fide nos reſpiraſſe in hau-iendo.*

v.6. Vſque ad inuidiam] Plaut.in Moſtell.

Ph. *Age, accumbe igitur.cedo aquam manibus*
puer, appone hîc menſulam.

Ph. *Qui inuident, ne vnquàm eorum quiſquam*
inuideat prorſus commodis.

Catull.

Dein cùm millia multa baſiorum,
Conturbabimus illa, ne ſciamus,
Aut ne quis malus inuidere poſſit,
Cùm tantùm ſciat eſſe baſiorum.

Mart. *Hoc tua ſæue puer Diadumene baſia fla-*
grant:
Quid, ſi tota dares illa ſine inuidia?

v.7. Nec adhuc quidem omnia erant facta] Alibi, *forſitan dum omnia concupiſco.* Catull. *He-rês ad latus, omnia experiris fruſtrà.* Ouid.epiſt.
Vlteriora pudet narrare: ſed omnia fiunt.

v.13. Veſti-contubernium] ſic, *Veſti-cibaria* Cæſari.

v.16. Sic diuidere] *Diuidere* μίσον eſt. Pom-pon. *tanquàm frater mihi ſis, medium abdomen tùm diuidam.* Plaut.in Aulular.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

v.21 fidem malè ambulantem] Alluſit fo taſſe ad ambulatores illos, de quibus Martia

Hoc quod Tranſtiberinus ambulator.
Qui pallentia ſulfurata fractis
Permutat vitreis.

P.9.v.31. Quis hoc loco nos nouit.] Pla tus in Pœn.

Quid me hac re facere deceat, egomet mecũ cogi
Si volo hũc vlciſci, lites in alieno oppido ſequ

P.10. v. 18. Sed nullo genete par er cauſa noſtra] Iulius Firmicus, *Sed nullo gene matris dolor vincitur.*

v.2 Pannuciam] *Pannucia nuncupata, qu ſit diuerſis pannis obſita.* Iſidor.

v.25. Suam cuique rem eſſe chariſſ.] Plau *Meus mibi, ſuus cuique carus eſt.*

v.28. Aduocati iam penè noctur.] Leucip καλός γε ἐς ὁ νυκτερινὸς δικαστής. Calpurn.

Vt mala nocturni religauit brachia Mopſi
Tityrus, & medio furem ſuſpendit ouili.

Senec. de Breu. Vit. *Non eſt quòd me ſolos put dicere occupatos quos à Baſilica emiſſi demũ canes eiiciunt.* ſic leg.

P.11.v.3. Iam ſequeſtri placebant] Plaut. i Rudente,

Non probare pernegãdo mihi potis es, niſi pa datur,
Aut ad arbitrum itur, aut ſequeſtri ponitur.

Vide totam ſcenam, & cum hac confer,

v.10. Veniemus ad conſtiturũ] Varro, *Ali conuiciatus eſſet, qui tã ſerò veniſſet ad conſtitut*

v.17.Litẽ faciebat]Curius Fortunat. *Quod rima pars proponit,quæ litem facit*.Fab.7.2.

v.30.Sera ſua ſponte delapſa]Ouid.

Et iam contigerant portam,Saturnia cuius
Dempſerat appoſitas inuidioſa ſeras.

bidem:*Tota patet dempta ianua noſtra ſera.* Nonius:Patibulum,*ſera,qua oſtia occluduntur, uòd hac remota valuæ pateant.*

p.12.v.22.Impunè adſpexit.]Ouid.

) ſacros vultus Baccho,vel Apolline,dignos,
Quos vir,quos tutò fœmina nulla videt.

p.13.v.1.Medicinam ſomno petij] Suetoius, *E plebe quidam luminibus orbatus,itẽ alius lebili crure,ſedentem pro tribunali adierũt,oranes opem Valetudini,demonſtratam à Serapide per uietem:reſtituturum oculos.ſi inſpuiſſet.*

v.7.Iuuenili impulſi licentia] Tacit.lib.13. *Quidam per iuuenilem licẽtiam, quæ tunc paſſim xercebatur,inanem motum fecerant.*

v.16.Torum meũ preſſ.]Alibi, *Premebat illa eſoluta marmoreis ceruicibus aureũ torũ.* Ouid.

Cùm premeret mollem laſſus ab hoſte torum.

&,*Vtq; torum preſſit,ferrum Lucretia mecum eſt.* Item,*Cum preſſus prior eſt interiorq; torus.*

p.14. v.6. Comploſis manibus in riſum] Leucipp. ἀνακροτήσας οὖν τὰς χεῖρας ἐξεγέλασε.

v.15.Ideò vetui] Simile ferè quiddam Heliodor. ἐπεστείλασα πρότερον τὸν θυρωρὸν εἴ τις βούλοιτο παρεισιέναι μηδαμῶς ἐπιτρέπειν.

v.20.Frigidior hyeme Gallica] Seruius in illud Virgil.& *Frigora Rheni.Quæ amatorẽ*(in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

quit)*ſpernis, & Gallicana potes frigora ſuſtiner*

v.26.Paria compoſueram]Plinius: *Natura ſpectaculum ſibi ac paria componentem.*

p.16.v.2.Extortis nos clunibus]Arnob.*La ſciuia*, inquit, *deinde luxuriantis adſumpta, hi atque illuc clunes torquent.*

v.4. Ballenatiam tenens virgam] Hygi *Nõnulli, cùm faciunt caduceos, duos dracones im plicitos virgula faciunt: quod initium Mercuri fuerat pacis. Eius exemplo & athletæ, & in reli quis huiuſmodi certationibus virgula vtuntu* Ser.in illud Virg.*Tum virgam capit. Hodiéqu* (inquit)*tam athletarum quàm gladiatorum cer tamina, virga dirimuntur: & præfecti gentiun Maurorũ cum fiunt, virgam accipiunt & geſtãt*

v.5.infelicibus dari miſſionem.]Apul.*Graſ ſare gnauiter, & occide moriturus: hodierna pugn non habet miſſionem.*

v.31.Lucernæ quoque humore def.]Lucernas non exſtinguebant, ſed eas ſinebant langueſcere.Plin.Plutar.Galienus Imp.Epithal.

p.17.v.2. Duo Syri.] Martial. *Munera pergrandes octo tulêre Syri.*

v.24.Eiuſmodi carmina effudit.]Plaut.*Suauem cantionem occipito cinædicam, vt perpruriſcamus vſque ex vnguiculis.*

v.28.Molles.]Mart. *Mollem credere te virum volebam, ſed rumor negat te eſſe cinædum.* Vib. Sequeſt. *Salmacis caria, ex quo qui bibit molleſcit, id eſt, obſcænus fit.*

ibi.Veteres]Mart.*Vrbanus tibi Cæcili videris.*

Non

Non es crede mihi, quid ergo? verna es, &c.
Quod bucca eſt vetuli dicax cinædi.

ſed & Ceuetes quidem molles & obſcœni di-
ũtur, & vetus exẽplar hoc loco habet *Vet, es.*

v.30. Me baſio conſp.] Catullus: *-quòd puræ*
mpura puellæ Suauia coniũxit ſpurca ſaliua tua.

p.18. v.1. fruſtrà moluit.] Hinc *moltus* in illo
Catulli ioco,

Moltus homo es Naſo, neque tecũ moltus homo: ſed
Deſcendis Naſo. moltus es & Pathicus.

v.3. Tãtũ erat cretæ] Horat. *-cùm penè ſoluto*
Indomitam properat rabiem ſedare: nec illi
Iam manat humida creta, colórque
Stercore fucatus crocodili.

v.7. Embaſicœtam.] Vet. lex. *Embaſicœtas,*
ui vel quæ frequenter dat baſia.

v.24. Mox manum demiſit in ſinum.] Lucia.
ἐρωσι. ἡ δεξιὰ κατὰ κόλπου δύσα, &c.

v.25. Rudi.] Cat. *Sed lignum rude.* &, *Vtetur*
veris vſibus haſta rudis.

v.26. In promulſide libidinis.] Apul. *Prolu-*
ium libidinis ſuſcitaram.

v.30. Neſcio quid.] Catull. *Charum neſcio*
uid lubet iocari. Max. *Neſcio quid Græco mur-*
mure dulce canens. Mart. *Neſcio quid dominæ te-*
eram qui garrit in aurem.

p.19. v.2. producta eſt puella.] Alibi, *Vt in*
latanona produceret dominã. Donatus in illud
Terent. *Produxit ac vendidi.*

v.6. Nuptias fecerunt.] Muſæus, ἀλλὰ λέχος
πορέσυνοι τελεσιγάμιοισιν ἐν ὥραις. Erycius:

εἰς γάμον οὐκ ἀνέβιμον. Plautus.

Vltrò ibit nuptum, non manebit auſpices.

Idem, *Sed nuptias hodiè quin facimus?*

v. 13. Iunonem meam.] Tibull.

Hæc per ſancta tuæ Iunonis numina iuro,
Quæ ſola ante alios eſt mihi magna d

Et: *Etſi perq́; ſuos fallax iurauit ocellos,*
Iunonemq́; ſuam, perq́; ſuam Venerem.

v. 19. Poſſe taurum tollere] Ne pueri, ne t
ſpurca à teneris aſſueſcite. Horat.

Nec tauri ruentis
In Venerem tolerare pondus.
Circa virentes eſt animus tuæ
Campos iuuencæ, nunc fluuiis grauem
Solantis æſtum, nunc in vdo
Ludere cum vitulis ſalicto.
Prægeſtientis.

Taurus etiam Græcis ac Latinis dicitur
δοῖον, ſicut & Vitulus. Nequiter verò meretr
inflectit Prouerbium, *Poſſe aliquem tauru*
tollere, quem vitulum tulerit. Phauorin. γρα
τινὰ φασὶν μόσχον μικρὸν ἀραμένην, καὶ τοῦτο κα
ἡμέραν ποιοῦσαν λαθεῖν βοῦν φέρουσαν. Lucianu
μηδ' ἐλπίδα οὐχ ὅπως ταῦρο ἔτι ἀράσθαι δυνα
μένος. Quintil. lib. 1. c. 15. *Milo quem vitulu*
aſſueuerat ferre, taurum ferebat.

v. 22. officium nuptiale] Apul. *Nuptiæne il*
fuerunt, an aliud celebratum officium, an conui
uium tempeſtiuum? Iuuenal. --- *officium cras*
Primo ſole mihi peragendum in valle Quirin
Quæ cauſa officij? quid quæris? nubit amicus.

p. 20

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

p.20.v.14.Pueros capillatos]Martial.lib.5. *Et pædagogo non iubente laſciui, Parere gaudent villico capillati.* Ambroſ.6.Hexam. *Haud inſcitum extat adagium, comatus nondum cinædus.*

v.17. Soleatus] Martial. *referet lapſum de puluere follem, Et ſi iam lotus, iam ſoleatus erit.*

ibid.Pila ſparſina exerceb.]Sidon.Epiſt. *Student pilæ ſenes, aleæ iuuenes, armis Eunuchi.*

v.22.Circuli]Iſidor.de pila, *dum ex circulo adſtantium ſpectantiumq; emiſſa.*

v.24.Numerab.pilas]Senec. *Si verò pilicrepus ſuperuenerit, & numerare cœperat pilas.*

v.28.Digitos concrepuit: ad quod ſignum matellam] Martial. lib.14. de matella: *Dum poſcor crepitu digitorum, & verna moratur.*

v.30.Aquam popoſcit ad manus]Alibi, *tanquàm aquam peteret.* Sidon. *Retrorſuſq; conuerſus tanquàm manibus aquam peteret.* Caper, *In manus aquam poſcimus. Veteres autem manibus pedibúſque dixerunt.*

p.21.v.4.Trimalcio, fortaſſe ter Malcio ille de quo Val.Martial. Vt Varronis ſeſqui Vlyſſes & Triſmegiſtus, & Triparcus. Plaut. in Perſ. Ad Trimalcionis verò cœnam pertinet Senec.epiſt 47.& 57.

v.8.præcedẽtibus faleratis curſ.] Cæſarius: ἀποκείσθω ρϛ. νῦν δὲ ὅπερ ἐπὶ τῶν βασιλέων δρομάδας πέφυκε. Φωνεῖ μὲν γὰρ προηγεῖται ὁ θεῖος κοῦρσωρ ἐπὶ τὸν βασιλέα ἰόντας, ἐπειδὰν δ' ἐπὶ τῆς πύλης τῶν παλατίων πλατειῶν γένονται, ἀφίησι τοὺς κλη-

θέντας ἐπὶ τῶν προαυλίων ἑστάναι, μέχρις ἂν μ
νύσῃ τῷ βασιλεῖ τὴν αὐτῶν παρουσίαν.

v.10. Deliciæ.] Cicero: *Amores autem &*
quæ deliciæ appellantur.

v.17. In aditu ipſo] Atheneus 4. δεῖ γὰρ τὸ πρ
τοὺς εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐρχόμενον μὴ γαστρι
μαργοὺς εὐθὺς ἐπὶ τὸ συμπόσιον χωρεῖν, ἀλλὰ τὶ δεῖ
πρότερον τῷ φιλοθεάμονι καὶ κατανοῆσαι τὴν οἰκία
οὐδὲ γὰρ τοῦτο παρέλιπε ὁ ποιητής, αὐτοὶ δ᾽ εἰσῆλ
θεῖον δόμον, οἱ δὲ ἰδόντες ἐθαύμαζον.

v.27. Caue, caue canem] Varro Eumeni
Quod hodiè mea eſt præbitio, in ianua caue ca
canem inſcribi iubeo. Notum illud Caſſij ap
M. Sen. 6. contr. *Si canem ad oſtium alligaſſes.*

v.31. Caduceũ tenebat.] Athenæus lib. xi
Sueton. in Calig. *Plerumq; verò aurea bar*
fulmen tenere aut fuſcinam, aut caduceũ, deoru
inſigne, atque etiam Veneris cultu conſpectus eſt

p.22. v.13. Pixis aurea n.p. in qua barban
Suet. in Neron. *Inter Buthyſia apparatũ barba*
primam poſuit, conditámque in auream pyxiden
& pretioſiſſimis margaritis adornatam Capito
conſecrauit. Xiphilinus.

v.19. Procurator rationes accip.] Plaut.
Pſeudol. *Cõdus, promus ſum, procurator peni,* &
Mihi herclè verò qui dies rationéſque heri Balli
nis curo, argentum accepto, expenſo.

v.22. embolum nauis] τὸ χάλκωμα τὸ περι
θέμενον κατὰ τὴν πρῶραν.

v.27 Lucerna bilychnis.] Tertull. *Cur die l*
to non laureis poſtes adũbramus, nec lucernis die
infr

nfringimus? Honeſta res eſt, ſolemnitate publica xigente, indicere domui tua habitum alicuius oui lupanaris. Græco autem ſermone vſus ſt, ne vile aliquid intrò ferret: vt Virgil. *Pendent lychni laquearibus aureis.*

p.23.v.16. Natali meo.] Martial.

Vt poſcas Clyte munus, exigáſque,
Vno naſceris octies in anno:
Et ſolas puto, tréſve, quatuórve
Non natalitias habes Kalendas.

v.26. pueris Alexandri.] Capit. in Vero: *Adluxerat ſecum & fidicinas & tibicines, & hiſtriones, ſcurráſque mimarios, & praſtigiatores, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria & Alexandria paſcitur voluptate.*

v.27. Aquam in ma. niuatam.] *Multa niue nclusam, vt rigore,* inquit Seneca, *refrigeraretur lieno.*

v.28. Inſequentibus ad pedes, ac parony c.] o. Salisber. ex antiquo, vt videtur, ſcriptore: *Recumbentis pedes calamiſtratus comatulus excipit, nitorem inuidens meretrici, hiſtrioni habitum, cultum procis, virginibus ornatum, triumphalem quoque Principibus apparatum: & in liorum conſpectu pedes, & ne plus dicam, teneris manibus tibias tractat.*

p.24.v.11. oliuas in alt. par. albas.] Oliuarum lbarum meminêre Plinius & Celſus, nigrarum Diphilus.

v.16. Tomacula ſupra ctat. feruentia.] Mart.

Quod fumantia qui tomacla raucus
Circumfert tepidis cocus popinis.

v.20.

v.20.Ad ſymphoniam allatus eſt.]Sed & Symphoniam efferebantur à cœna. Senec *Pacuuius, qui Syriam vſu ſuam fecit, cùm vi, & illis funereis epulis ſe ſepeliſſet, quaſi ſibi pare taret, ſic in cubiculum ferebatur à cœna, vt in plauſus exoletorum hoc ad Symphoniam cane tur, βεβίωκε, βεβίωκε, nullo non ſe die extulit.*

v.22.Pallio coccino adraſum incluſer.cap Idem de Mecœnate, *In omni publico loco ſic a paruit, vt pallio velaretur caput, excluſis vtri auriculis.*

v.24. Laticlauiam]Sueton. *Etiam cultu n tabiliorem ferunt. Vſum enim lato clauo ad m num fimbriato, nec vt vnquàm aliter, quàm ſuper eum cingeretur.*

v.30.Velut ſtell.ferruminat.]Samothraci

p.25.v.1.Lacertum armilla] Athen. περὶ τῶν σαμίων τρυφῆς Δοῦρις ἱστορῶν παρατίθετ Ἀσίου ποιήματα, ὅτι ἐφόρουν χλιδῶνας περὶ τ βραχίοσι.

v.3.ſpina argentea] Penna quoque dent leuabantur. Martial. ---*ſuggeritq́ ructanti*
Pinnas, rubentes, cuſpideſq́ lentiſci.
Lentiſcum melius, ſed ſi tibi frondea cuſp
Defuerit, dentes penna leuare potes.

v.14 Gallina erat lignea] Ariſt. περὶ τοσῶ ταῖς δ' ἀλεκτορίσι ὑποτιθέασιν αὐτῶν τὰ ᾠ ἐπῳάζειν οἱ τρέφοντες.

v.18.Pauonina oua] Athen. ἐπαίνετος δὲ καὶ ἡρακλείδης ὁ συρακούσιος, ἐν ὀψαρτυτικῷ τῶ ᾠῶν, φησὶ προτερεύειν τὰ ἢ τῶν ταῶν.

v.10

v.20. Amici] Alibi. *Et amici ait pauonis oua uſſi adponi.* Vet. lap. *Amici dum viuimus viuanus.* Tiberius apud Senecam, *Amici, inquit, omnia fallũt, niſi iſtum mulum aut Apicius emerit, aut P. Petauius.* Titus apud Sueton. *Amici diem perdidi.*

v.25. Ouáque ex farina.] Sic & Polluci, κρῆπις ἐξ ἀλεύρου καὶ μέλιτος ᾗ ἐνέκειντο ἀμπελίδες τινὲς ἢ συκαλίδες ὀπταί.

v.30. ficedulam piperato. Martial.

Carea quæ patulo lucet ficedula lumbo
Cum tibi fortè datur, ſi ſapis, adde piper.

p.26. v.3. Mulſum ſumere.] More antiquo dixit: quia veteribus non in manus dabantur pocula, ſed mẽſis apponebãtur, vt hodiè apud plures pocula in caniſtris argenteis apponũtur: quæ caniſtra, ſiccaria dicuntur. Seruius.

v.4. Cùm ſubitò ſig. ſymph. datur] Hippolochus de Carani conuiuio: ἔγναθον οὖν οἱ παῖδες εἰς εὐτυχεῖς πτυελίδας ἕως ἐσάλπισε τὸ εἰωθὸς τοῦ τελευταίου δείπνου σημεῖον. In Romanis etiam caſtris buccina conuiuiũ dimittebatur. Tacit.

v.5. Guſtatoria] Cupilla.

v.10. Argentúmq; inter reliqua purgamenta] Agatharchides narrat ὡς οἱ ἑστιῶντες Ἀλέξανδρον τοῦ Φιλίππου τῶν φίλων τὸ μέλλον παρατεθήσεσθαι τῶν πραγμάτων περιεχρύσουν. ὅτε δὲ θέλοιεν ἀναλίσκειν περιέλοντες τὸν χρυσὸν, ἅμα τοῖς ἄλλοις ἐξέβαλον, ἵνα τὴν μὲν πολυτέλειαν οἱ φίλοι θεαταὶ γίνωνται, οἱ δὲ οἰκέται κύριοι.

v.14. Suam cuique menſam] Cicero in Piſon.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſon. *Nihil apud hunc lautum, nihil elegans, nil exquiſitum, &c. Græci ſtipati quini in lectulis ſæ plures; ipſe ſolus.*

v.19. Cum hoc titulo] Galienus alicubi: *n enim liber ad manum eſt.*

ibid. Falernum Opimianum] Cicero, *Vt quis Falerno vino delectetur, ſed eo nec ita nou vt proximis Coſſ. natum velit: nec rurſus ita v tere, vt Opimium aut Anitium Conſ. quærat.* S cur titulo non admodùm conuenienter add tum eſt, ANNORVM CENTVM?

v.22. Diutiùs viuit] Martial.

--- ſcelus eſt iugulare falernum:
Conuiuæ meruêre tui fortaſſe perire,
Amphora non meruit tam pretioſa mori.

v.26. Laruam argẽteam attulit ſeruus] H rodotus de Ægyptiorum inſtitutis: ἐν δὲ τῇ συνουσίῃσι, τοῖς εὐδαίμοσι αὐτέων, ἐπεὰν ἀπὸ δεί πνου γένωνται περιφέρει ἀνὴρ νεκρὸν ἐν σορῷ ξυ λινον πεποιημένον, μεμιγμένον ἐς τὰ μάλιστα κα γραφῇ καὶ ἔργῳ. μέγεθος ὅσον τε πάντῃ πηχυαῖ ἢ διπηχυ. δεικνὺς δὲ ἑκάστῳ τῶν συμποτέων λέγει ἐ τοῦτον ὁρέων, Πῖνε τε καὶ τέρπευ. ἔσεαι γὰρ ἀποθάν τοιοῦτος.

p.27.v.1. Heu, heu nos miſ.] Euripid. φεῦ φεῦ, βρότειας πημάτων ὅσαι τύχαι.

v.3. Ergo viuamus] χαίρωμεν ἕως ἔνεστι τὴν ψυχὴν τρέφειν. Sotion.

v.7. Duodecim habebat ſigna] Alexis.

--- ἀλλὰ παρετέθη
ὑπέρη φάνως ὄζουσα τῶν ὡρῶν λοπὰς
τὸ τοῦ πόλου τοῦ παντὸς ἡμισφαίριον

ἅπαντ

ἅπαντ' ἐνῆν τἀκεῖ γὰρ ἐν ταυτῇ καλὰ
ἰχθῦς, ἔλλοφοι, διέτρεχε τούτων σκόρπιος
ὑπέφαινεν ὠνὸν ἡμίσωμεν, εἰς τοὺς ἀστέρας
ἐπεβαλόμεθα τὰς χεῖρας.

v.9.Structor]Seruius:*Struere,ordinare,componere, vnde & ſtructores dicuntur ferculorum impoſitores.*

v.10.Cicer ariet.] Meminêre Theophraſt. Athenæus.

v.12. Teſticulos ac rienes] καὶ ὄρχεις ἥδιον, καὶ νέφρους ἐκάλουν. Athen.

v.19.In medio fauum]Ouid.*Et de purpureis collecta vitibus vua, Cãdidus in medio fauus eſt.* Varro de re ruſtic. *Fauus venit in altaria, & vel ad principia conuiuij, & in ſecundam menſam miniſtratur.*

v.20.Circumferebat Ægypt. puer] Zenobius, ἐν τοῖς γάμοις ἔθος ἦν ἀμφιθαλῆ παῖδα κάνθαις μετὰ δρυινῶν καρπῶν στέφεσθαι καὶ λίκνον ἄρτων πλῆρες περιφέροντα λέγειν, ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον.

p.28.v.7. Sciſſor] *Scindendi obſonij magiſter.* nec.Mart.*Vnguentum fateor bonum dediſti*
Conuiuis here,ſed nihil ſcidiſti.

ibid.ad ſymphoniam] Iuuenal.
Structorem intereà,ne qua indignatio deſit.
Saltantem ſpectes & Cheironomonta volanti
Cultello,donec peragat dictata magiſtri
Omnia,nec minimo ſanè diſcrimine refert
Quo geſtu lepores,& quo gallina ſecetur.

v.9.Hydraule] Organario.

Nunc

Nunc nec quid nec quare, Epigrammat

ἀγαπῶμαι.

τὶς δὲ καὶ ἧς, καὶ πῶς ἡ θεὸς οἶδε μόνη. & ,τοῦ

τινὸς, ἤποτε καὶ πῶς, οὐκ οἶδα.

v.27. Trimalcionis topanta eſt.] Char

εἰμὶ γὰρ τοι τῇ δεσποίνῃ τὰ πάντα. καὶ μόνον οὐκ

ἀπνεῖ μὲ τὸ ὁρᾶ, ἀλλὰ τὸ νοῦς ἐκείνη, τὸ ὦτα τὸ π

τυγχάνω. Leucipp. ὁ δὲ γλύναιος οὗτος πα

ἑαυτῷ γίνεται, δῆμος, βουλὴ, πρόεδρος, στρατη

Ouid. *Deſeror amiſſis regno patriaq́ue domoq́ue,*

Coniuge, qui nobis omnia ſolus erat.

p.29.v.7. Luxuriæ rictu.] Vetus Interp

Iuuenalis in illud Sat. XI. *Si laudes ſiliqu*

Ideò, inquit, *ſiliquas poſuit luxuria rictu.* Sic

bet antiquiſſimum exemplar.

v.12. Crotaliſtria.] Io. Salisber. *Croton,*

muſicum notat inſtrumẽtum, quod in ſono voc

ciconia imitatur. Nam ipſa apud Ægyptios C

talus dicitur.

v.17 Tollat pedes.] Plaut. *Suſtolli ſolent.* C

ad Attic.

ibid. in ſtrato] Vet. exemplar. duo, *in Sira*

Sira in Gloſſ. τὸ αἰδοῖον dicitur.

v.18. Smaragdum ad quem rem.] Va

πρὸς φῆ μέμιπτουν, *Ad quam rem nobis confluuiu*

ad quam rem vrnarium.

v.22. Proſt. nudam in neb. lin.] Horat. C

tibi cernere penè eſt Vt nudam--- Dio. γυμνός

ἀεὶ ἐπὶ τῆς θύρας αὐτοῦ ἑστὼς ὥσπερ αἱ πόρναι, κ

σινδόνιον χρυσοῖς κρίκοις ἐξηρτημένων διασεί

Lucia. ἔρωσι.

Ouid. *Vellera mollibat nebulas æquantia ta*

p.30.v.13. Qualis nox fuit illa. Dij] Apul. *ij boni qualis ille, quamq́; præclarus apparatus.*

v.15. Et transfudimus hinc &] Phauorin. ἰ γὰρ ἄλλο ποιοῦσι οἱ τῷ σώματι ψαύοντες, συνά-πτουσι τὰς ψυχάς. Euſtath. καὶ ὅλην κατέδακνον, καὶ λην ἀνερρόφων τοῖς χείλεσι. καὶ ὅλος ὅλην ὡς ιττὸς ξυνεῖχον κυπάρισσον ξυνεμπλεκόμενον τῇ δρῇ, ξυνερριζούμενον αὐτῇ καὶ τὴν φύσιν ἐζήτουν κοι-ώσασθαι.

v.18. ego perire cœpi] Martial. *Sic me viue-e, ſic iuuat perire.*

v.24. Indormiuit alien. amplexib.] Horat. :pod.

ndormit vnctis omnium cubilibus Obliuione pel-licum.

v.25. Pertrectaui gaud.] Auſon. Ephemeri-le: *--- totum bene conſcia lectum*
ertractat ſecura manus, probroſa recedit
Culpa tori.

v.26. Si qua eſt amantibus fides.] Martial. *i qua fides, vulnus quod feci non dolet, inquit.* Ouid. *Si qua fides, (neque enim ficta mihi gloria voce Quæritur)* &c.

v.28. Somnúmque morti iungerem.] No-tum illud Gorgiæ, ἤδε μὲ, ὁ ὕπνος ἄρχεται πα-ρακατατίθεσθαι τ' ἀδελφῷ.

p.31.v.2. Alium locum.] Sunt qui & impu-rum quid hîc notant. Arnob. *Quæ cauſa ratioq́; monſtrabitur, cur inſigniti ſint his locis, quibus ſe-xus fe ſolent libidinum propriarum admonitioni-bus recognoſcere.*

v.11. Intorto circa brach. pall.] Pacuuius,

Chlamy

Chlamyde contorta clypeat brachium.

p.32. v.13. agit in ſcena mimum.] Io. Saliſber. *Ferè totus mundus ex Arbitri no ſententia mimum videtur implere.* Et, *Ferè to mundus iuxta Petronium exercet hiſtrionē.* P lad. σκηνὴ πᾶς ὁ βίος ἐ παίγνιον. Et alius, ἐοι ὁ βίος θεάτρῳ. Ful. *Beatinus augur dicere ſol erat, diuerſarum vrbium honores ſomnialiter p agi vrbicario mimologo, &c. Credo etiam quod Theophili Philoſophi ſētētia legerat,* μῖμος ὁ β

v.15. Ridendas incluſ. pag. partes.] *Exoa rius apud veteres in fine ludorum intrabat, qui diculus foret, vt quicquid lacrymarū atque t ſtitiæ coëgiſſent ex Tragicis affectibus, huius ctaculi riſus detergeret.* vetus interpres Perſi

v.16. Vera redit facies] Seneca: *Nemo iſtis, quos purpuratos vides, felix eſt; non ma quam ex illis quibus ſceptrum & chlamydem ſcena fabulæ aſſignant, cùm præſente populo el inceſſerunt & cothurnati, ſimul exierunt exc ceantur, & ad ſtaturam ſuam redeunt.*

v.18. Anteſcholanus.] *Proſcholus, ſiue ſub ctor*, Auſonio: vnde & *proſcholium* Doſith magiſtro: καὶ ἐν τῷ προσχολίῳ ἐπίθηκα βίρριον, κατέψηξα τείχας.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Quæſitus t.v.c.oſtro?
Hinc Numidæ lapides - - -
E.a.c.& læſæ v.pacis:
Q.i.ſ.Mauris fera: & v.h.
Excutitur - - - - -
Ad mortes pretioſa: fames p.a.claſſes:
Tigris & a.g. iactatur in aula,
Vt b. - - - - -
H.p. effari, parituráque prodere f.

Æs *Ephyreæum*, eſt Corinthium. Iuuenal. *Ephiræum.* Virg. *Ephyreium.* Quæritur æs Ephyræum eſſe in amore militi, quod armis non faciat; illud quod faciat, non eſſe. *Numidas lapides*, vocat columnas & marmora Numidica contemtim illud; *H. Numidæ accuſant*; vnde Turneb. *accurant*, alia occaſione ſubrepſit; cùm ſcriptum eſſet: *Numidæ lapides*, id ne quis arbitraretur nominandi caſu eſſe, fuerat qui ad oram adſcrib. *accuſat.* eſſe hoc modo: *accuſat*, *Mauras ſyluas*, vt Horat. *Maura iacula.* ----- *fames premit a. claſſes.* Claſſe ex Ægypto Romam commeatus portabatur. At Imp. eò dementiæ venerant, vt annonaria claſſe feras ac circo arenam peterent. Suet. Nerone, *Paritura fata*, iam pridem fata perniciem parturiebant Rom. nunc paritura.

p.84. v.4. Atque Arabum populus] L. *populis*.D.

v. 12. Perſarum ritu malè p. a.]Huius ſententiæ acrimoniam in mente habuit Cyprianus ep. 11. ad Donat. *Videte contra fœdus*

iúſque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

iúſque naſcendi patientiam inceſtæ turpitudi[illegible] elaboratã. Euirantur mares, omnis honor & vi[illegible] ſexus, euirati corporis dedecore mollitur, pluſq[illegible] illis placet quiſquis virum in fœminã fregerit.

v. 14. atque vt fuga mobilis æui] Huc p[illegible] tinet l. 31. C. ad leg. Iul. de adult. *Cùm vir nu[illegible] in fœminam viris porrecturam, quid cupiatur, [illegible] ſexus perdidit locum? vbi Venus mutatur in al[illegible] rã formam? vbi amor quæritur, nec inuenitur?*

v. 18. Et laxi crines] L. *Fluxi*, vel, *Lixi*, i[illegible] *lixiuio imbuti*. D.

v. 19. Quæque virum quærunt] Quem v[illegible] debant mollem victu, ore, veſtitu, de eo d[illegible] cebant, *Hic virum quærit.* idem olim de Po[illegible] peio Magno dictum, qui cùm omni corp[illegible] ris habitu & inceſſu mollitiem præferre[illegible] hoc effugere non potuit. ita enim à Cin[illegible] poëta perſtrictus fuit:

Faſciola qui crura tegit, digito caput vno
Scalpit: quid credas hunc ſibi velle? viru[illegible]

Scalig. Auſ. lect. lib. 1. c. XXVII.

v. 29. vendunt conchylia] al. *condunt.*

v. 31. mutóque in littore tantùm Solæ] [illegible] *m. i. lit. cantum Solæ d. a. f. a.* lepidè. auræ [illegible] ſpirant cantum frondibus, vt Lucr. *cane[illegible]* Virgilius *loqui ſyluas*. Palmer.

P. 85. v. 5. Eſt fauor] L. *En fauor.* Stevvec[illegible] ad Apul.

v. 15. Prætereà gemino] L. *P. g. d. gurgite* [illegible] *Fœnoris ingluuies, vſúſque exederat æris*: Palme[illegible]

v. 20. curis latrantibus errat] L. *Hiris latr.*

Hir[illegible]

Hira, inteſtinum ieiunum, quod vt inane ſemper eſt, ita iſtæ gumiæ ſatiabantur nunquàm, ſed hiabãt luxu & auaritia ſemper. Ian. Guilelm. Pl.Quæſt.

v. 22. inops audacia tuta eſt] Salluſt. *Odio ſuarum rerum omnia ſtudent mutari: turba atque ſeditionibus aluntur, quoniam egeſtas facile habetur ſine damno.* D.

v. 29. Craſſum Parthus habet.] Martial.

Pompeios iuuenes Aſia atq; Europa, ſed ipſum
Terra tegit Lybia, *ſi tamen vlla tegit.*
Quid mirum toto ſi ſpargitur orbe? iacere
Vno non poterat tanta ruina loco. D.

p. 86. v. 11. Ditis pater] *Ditis* recto caſu in Gloſſar. *Ditis pater*, πλέτων.. Scalig. in Cirin.

v. 28. ----- & dum varios lapis] L. *& d. Parius lib. i. v.* Palm.

p. 87. v. 10. Vota tibi cedent] id eſt, *euenient quæ vouiſti.* D.

ibid. minor ira rebellat] L. *rebullat.* Definire voluiſſe videtur iram. Eſt enim ea fretum, feruorem dicunt, ſiue rebullitionem) ſanguinis circa cor. Palm.

v. 14. ---- & mihi cordi] al. *Eſt mihi cordi.*

v. 17. ---- iam ſtratos Marte Philippos] L. *tructos morte Phil.* Palmer.

v. 19. Iam fragor armorum] Legendum:

Iam f. a. crepitantûm perſonat auras,
Et Lybien cerno, & tua Nile gemẽtia clauſtra.

Neque verò trepidabant aures fortunæ eo armorum fragore, quæ cum ſibi volenti eſſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

non diſſimulet. Palm.

p. 88. v. 3. vultus caligine texit] Virg.
Cùm caput obſcura nigrū formidine texit. Lam.
ad Lucret.

v. 7. Verticibus laſſis montis iuga] L.
lapſis m. i. Labes enim ſignificatur & hiatu
quæ ipſa quoque in oſtentis numerata ſu
Palmer.

p. 89. v. 2. Teſtor ad has acies] L. *arces.* M
ſiliam ſignificat, & ſubiecta Inſubriæ op
da. id poſteà etiam clarum fit: *Dum Cæ
tumidas iratus deprimit arces.* Palmer.

v. 4. --- dum Rhenum ſanguine vinco]
pingo. Palm.

v. 10. Aut qui ſunt, qui bella volunt?] L. *q
bella iubent*? Bella iubebat P. R. centuria
comitiis, quem hîc Cæſar inuidiosè ex op
ris mercenariis collectam multitudin
vocat. Ianus Guilel. Pl. Quæſt.

v. 18. reddenda eſt gratia vobis] L. *votis.* v
tis iam & exſecrationibus inimicorum C
ſariani perierant. Hanc tam impenſam v
luntatem negat Cæſar, quin remuneret
Palmer.

v. 22. peracta eſt] h. e. *perorata eſt.* Age
enim ſiue orare cauſſas, gemina D.

v. 31. & inſolito greſſu prior occupat a
ſus] L. *Et i. greſſus p. o. auſu.* D.

p. 90. v. 2. mitíque quieuit honore] p
mere. Palmer.

v. 9. Et paulò antè lues.] Lues eſt ſoluta
qua, vt cùm niues in tabem quamq; liqua
ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſunt; ait enim, aquas, quæ paulò antè ſolutæ labebantur, repentè in pruinam concreuiſſe & glaciem, vt ferro earum rigor frangendus eſſet. Turnebus lib.IV.cap.XIX.

v.14. nec rupti turbine venti] L. *rupto.* vt Vir. --- *ceu rupto turbine venti.* Palmer.

v.15. confractum grandine cœlum] L. *confarctum.* propter illud, *tumida.* nam alterum alteri aptum. Palmer.

v.21. magnam nixus in haſtam] L. *magnùm nix. i. h.* aduerbialiter, vt ad Cæſarem ipſum referatur. Palm.

p.91. v.2. totáque bella Ante oculos volitant] L. *notáque belli. A.o.v.* hoc eſt, quæ bellum comitantur. Palm.

v.4. Pectora per dubias] L. *P. pérque duas ſcinduntur tertia partes.* Tertium illud ſequi vellent: ſed enim id per duas ſententias, non eaſdem illas ſcinditur. Quod tertium ſit, quæ duæ illæ partes, commemorat: *Huic fuga per terras,*&c. Palmer.

v.16. votis interficit hoſtem] vide Scalig. ad Tibulli lib.IV.

p.92. v.4. Ergo tanta lues] L. *Tergo tanta lues d. q. numina vidit.* hoc vult, deos è terra fugiſſe, belli crudelitate territos, hoc eſt, tergo viſos eſſe. *Tergo videre*, eſt fugientem videre. vnde Catull. de Achill. *Hoſtibus haud tergo, ſed forti pectore notus.* I. Guilel. Pl. Quæſt.

v.23. --- mutatáque ſidera pondus Quæſiuêre ſuum] L. *miratáque ſidera.* Abſentibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

diis, ait, ſidera inſolitam leuitatem cœli miratu, & onus aſſuetum requiſiſſe. I. Guilel.

p. 93. v. 21. Epidauria mœnia quære] L Epidamnia nomina q. Neſciit Romam tuer Pompeius, atque adeò Italiam vacuam Cæſari occupandam reliquit: atque ita Dyrachium cum exercitu tramiſit, cui Epidamn nomẽ vetus mutarant Romani, ominis cauſſa, vt Plutarch. Plaut. in Menæch. itaque *Epidamnia nomina* dicit, alludẽs ad ſignification vocis. neq; non tamen nomen pro re dicunt Albinoua. --- *nomina magna locorum.* Palmer

p. 94. v. 17. tam conſuetudinem mean cogitabam] L. *non tam c. m. c.* D.

p. 95. v. 3. quò inceſſus tutè compoſitus.] L *arte compoſ.* D.

v. 17. ſtatores] *Statores* ſunt propriè carce rum aut ædium cuſtodes, nam *ſtare* eſt verbum eius rei, apud Manil. lib. v. Sunt & latrones, qui priùs laterones, quòd latus tegerent Scaliger ad Priapeia. Turneb. lib. IV. c. XIX. L *diſcinctos.* Statores, ſerui aut liberti, qui prope herum ſtant, & ei præſtò ſunt. elegante de muliere, quæ amatoribus plebeis delectatur.

v. 18. perfuſus puluere multo] al. *mulio.*

v. 26. Ego adhuc ſeruo numquàm ſuccubui] Licet ingenuæ, inquit, ac nobiliores matronæ reperiantur, quæ ad explendam libidinem cum ſeruis crebrò flagella paſſis, & mox cruci ſuffigendis conſueſcant, ego tametſi ancilla ſim, cum equitibus tantùm rem habeo.

beo.Petr.Faber.

v.28. in crucẽ mittam] Seruilis pœna crux. Iuuenal. *Pone crucem ſeruo.* Horat.lib. I.Saty. III. Paul. lib.v. ſent.t.21. Apul.lib. x. Seneca I.de Clem.c.XXXVI.Plaut.in Mil.Act.II.S.IV. A.II.S. II.in Bacch.Act.II.S.vlt. & innumeri ſcriptores alij. de his omnibus plenè Pet.Fab. Semeſt. lib.II. c. VIII.Lipſ.de Cruce,lib.I.c. XII. Venuſtè verò Crucem ſeruum cruciarium appellat, qua facie ſermonis ſcelus pro ſceleſto.

v.31. nunquàm niſi in equeſtribus ſedeo] id eſt, *nunquàm eſt mihi res niſi cum iis qui ſedẽt in quatuordecim ordinibus.* Turneb. Metaph. ab equeſtribus, hoc eſt, locis in ſpectaculo equiti datis. Petr.Faber Semeſt. lib.II.c.VII. Lipſ.de Amphith.cap. XIIII. Petr. Pith. Aduerſ.lib.I.c.XVII.

P. 96. v. 6. vt in platanona produceret dominam) Paulò pòſt, *flexitq; ſe in eum diphona.* I.*daphnona.* Platanon, & Daphnon loca platanis & lauris conſita. Turn.Aduerſ.lib.XXVI. c.VI.

v.II. omnibus ſimulacris emendatiorem.] Ennodius: *Qui te vltra emendationem omnium protuliſti.* Plinius ep.Auſon. paneg. *optimus & emendatiſſimus.* Arnob.lib.II.*emendatiſſimi mores.* Iuretus Not.ad Symm.lib.I.ep.XXVI.

v.13. quicquid dixero minus erit] ibid.Iuretus. Simile huic illud Tibulli: ---- *dictis vt non maiora ſuperſint.* Douſ.F.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

p. 97. v. 5. digitis gubernantibus vocem. Argutè de geſticulatione digitorum illecebroſa, ac prorſus meretricia, Tibull. --- *digiti cum voce locuti*. D.

v. 7. concilio tibi] *Concilio* propriè in r lenocinij. vnde, *Conciliatrix*, pro lena ſe ſtupri ſequeſtra. D.

v. 8. habes tu quidem & fratrē] puellæ, qui buſcum ſolitæ, *Fratres* vocabant? contra a matores ſuā comparē, *Sororem*. infrà: *Recipie neruos, ſi triduo ſine fratre dormieris*. Nam Gyto pullipremoni illi pro culcitella. Martialis:

O quàm blandus es Ammiane matri,
Quàm blanda eſt tibi mater Amiane.
Fratrem te vocat, & ſoror vocatur.
Cur vos nomina nequiora tangunt?

Eadem notione apud Tibull. Senec. alios Lipſ. Antiq. lect. lib. III.

ibid. habes tu quidem & fratrē, neque enim me piguit inquirere.] ex præſcripto diſciplinæ lenoniæ. Plaut. in Menæch.

---- morem hunc meretrices habent.
Ad portun mittunt ſeruolos, ancillulas:
Si qua peregrina nauis in portum aduenit,
Rogant cuiatis ſit, quid ei nomen ſiet.
Pòſt illa extemplò ſe adplicant ----

v. 10. quid prohibet & ſororem adoptare? eodem gradu venio] L. *quid p. e. ſ. adoptare eodem gradu veniæ?* Lipſ.

v. 15. inter cultores] *Cultores*, pro amantibus, tralatione verecunda. D.

v. 29

v. 29. non ſum quidem Solis progenies.] Perſem parentem fuiſſe Circes, eámque amatam à Sole habemus Odyſſ. κ. Ouid. IV. Metam. Gruter. Suſp. lib. VI. c. XV.

v. 30. dum placet] L. *cùm placuit.* id eſt, quotieſcunque viſum, aut complacitum. Tibul.

Cùm libet, hæc triſti depellit nubila cœlo:
Cùm libet, æſtiuo prouocat orbe niues. D.

p. 68. v. 2. nec ſine cauſſa Polyænon Circe amat] Conſtat apud Homerum Odyſſ. μ. à Circe Vlyſſem amatum fuiſſe. Vlyſſes autem πολύαινος appellatur à Sirenibus. Turn. lib. XXVI. c. VI.

v. 5. neque eſt quòd curioſum aliquem extimeſcas: longè ab hoc loco frater eſt] Catull.

Tam te baſia multa baſiare
Veſano ſatis & ſuper Catullo eſt,
Quæ nec pernumerare curioſi
Poſſint, nec mala faſcinare lingua.

Superſtitio veterũ, qua nimium felicitatis ſucceſſum, certúmque ac præfinitum numerum obnoxium faſcino credebant. itaq; laudãtes aut numerãtes dicebant, Præfiſcini, quo omnẽ inuidiam ſe amoliri putabant. Tertull. de velandis virginibus. vide Scalig. ad Catull.

v. 15. Talis humus Venerem molles clamauit in herbas] L. *clinauit in herbas.* vnde *Inclinare.* Lipſ. Antiq. lect. lib. I. cap. VIII.

v. 21. nunquid ſpiritus ieiunio macer: nunquid alarum negligens ſudor, Puto ſi hæc non ſunt] L. *n. ſ. i. macet? n. a. n. ſudor putet?* Si

hæc n.ſ. Lipſ. Epiſt. Quæſt. lib. II. ep. II.

v. 24. ſi quid habueram virium, perdid Vide Ouid. Amor. lib. III. eleg. v.

p. 99. v. 4. riſus frangere] L. *niſus*. pro eo quo ſuprà, *furtiuam molitionem*. D.

v. 7. & quodam viſu perturbatus] L. *viſo*. prc ſpectro, & ſomnio turbulenro. D.

p. 100. v. 11. ad tubicines mittas] id eſt, d te eſt actum, & iam iámque animum age venuſtè & cauillatoriè, *ad tibicines mittere*, d mortuo aut iam morituro, pro, accerſere eo qui in funere canant. Turneb.

v. 20. Solent, inquit, hæc fieri] L. *Solent in quit hæc, frater.* vel, *Solent. i. hæc, & præcipuè* illud, *fieri*, inculcatum. Palmer.

p. 101. v. 5. Siue occidere placet, ferro mec venio? ſi verberibus] Philoſtratus epiſt. πλεῖν κέλευσον, ἐμβαίνω. πληγὰ ὑπομεῖναι, καρ-τέρω. ῥίψαι τὴν ψυχήν, οὐκ ὀκνῶ. Douſ. Fili. ad Tib.

v. 15. te habere potui] Habere, vt Græci τὸ ἔχειν. Ariſtip. ἔχω λαΐδα. Terent. -- *quis here habuit Chryſidem?*

v. 22. cochlearúmq; ſine iure ceruicibus] L. *ſtruicibus*; voce Plautina. Vulgatam lectionem confirmat Athenæ. lib. III. c. de oſtreis, expeti ceruices eorum oſtendit in cibis, & nominat τραχήλους πορφυρῶν κηρύκων. Lipſ. epiſt. quæſt. lib. III. epiſt. II.

p. 102. v. 5. Illa de ſinu licium protulit varij coloris] In veneficiis licia adhibebantur di-

ſcoloria,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſcoloria, non tantùm illigandi, incantandíque; vt in Pharmaceutria Virgil.

Terna tibi hæc primùm triplici diuerſa colore Licia circundo: ſed etiam ſoluendi & expiandi gratiâ. Turnebus lib. XXVI. c. VI.

v. 7. turbatum ſputo puluerem] Sputum fronti illinebatur luſtrale. Perſius Sat. II.

Infami digito & luſtralibus antè ſaliuis
Expiat. Turnebus.

v. 9. hoc peracto carmine] Turnebus videtur legiſſe: *hoc pacto. c. t. m. i. e. t. l. c. i. ſ. quos ipſa præcantans p. t.*

v. 14. manúſq; aniculæ ingenti motu repleuerunt] L. *inquieti motu*. Tibul. *Et inquietus inguina arrigat tumor*. Gruter. lib. IV. c. XII.

v. 26. Premebat illa reſoluta marmoreis ceruicibus] al *crinibus*. L. *Premebat illa reſoluta marmoreis clunibus a. t.* Lipſ. Antiqu. lect. lib. I. cap. VIII.

p. 103. v. 5. non precantis] L. *non pernegantis*, vt illam malè pertinacẽ recuſationem puellarum indicet. Lipſ. Gruterus Suſp. lib. V. cap. XII. *non pugnantis*.

v. 12. alligata mutuo ambitu corpora] Mutuum ambitum, honeſtè vocat inſinuantium ſe amantûm tenaciſſimum complexum. vnde Horat. ambitioſam puellam, agilem in circumplectendo pullo ſuo. Odar. I. *Laſciuis ederis ambitioſior*. I. Guilelm. Plaut. Quæſt.

v. 17. & me iubet catorogare) L. *ſcato rigare*. τὸ σκατὸν cubicularij, mulierum maximè ef-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ferunt.I.Guilel.Turneb. *catomo ligare.*

v. 19. omnes quaſillarias.]Tibull. --- *pr.* *ſúmque quaſillo Scortum.*quaſillariam ancilla intelligit.& Iuuenal. *Horrida quale facit re dens in codice pellex.*Scalig.ad Tibull.

v. 21. nullíſque precibus effuſis] L. *mult. que precibus e.* D.

v.24. Eiicitur & Proſelenos, Chryſis vap lat] de eadem matronarum impotentia I uen.-*ſi nocte maritus Auerſus iacuit, periit libr. ria, ponunt Coſmetæ tunicas---- hic frangit fer. las, rubet ille flagellis Et ſcutica.*

v. 28. Itaque penſatis vicibus] al. *vibic bus.*D.

v. 31. poteram confingere] al. *continger* Palmer.inducit vt alienum.

p. 104.v.1. languorem ſimulare]L.*inſimu lare cœpi.* Languor propriè in palæſtra Vene ris, cùm à lucta neruos paralyſis occupauit Lipſ.Ant.Lect.lib.1.cap.11.

p.105. v. 14. conſtricta fronte] id eſt, *ad ducta,*ſeu *cõtracta.* Mart.*Et numeras noſtros ad ſtricta fronte trientes.*D.

v. 16. Sermonis puri non triſtis gratia ri-det] *Purum ſermonem*, pro Latino. *Latina ora-tio*, nuda & obſcœna, quæ nulla circuitione ſpurcas res prętextatis verbis loquatur.Mart. *Latinè loqui licet*, h.e. ſuis nominibus res ap-pellare.Palmer.

v. 19. Quis petat in tepido.]L. *Quis ve-tat i.t.*Palmer.

v. 20. Ipſe pater] L. *Ipſe p.v. doctos E. amare Iuſſit.* Guilel. Canterus Nouar. lect. lib. III. c. XIV. vti Lambinus quoque, & Douſa.

v. 21. & hoc vitam dixit habere telos] τέλος. ita omninò L. Scal. Catalect Douſ. *& hanc vitam d. habere deos.* Stevvich. ad Apuleium, *dixit auere deos.* Palmer.

Ipſe pater veri doctus Epicurus in arce
Iuſſit, & hoc vitam duxit habere telos.

Nam deos tollebat Epicurus, aut certè cõiugium inter deos. Arx autem Epicuri etiam apud Lucret. & arx philoſophorũ apud Virg. Ciri. *Si me iam ſumma ſapientia pangeret arce.*

v. 25. ſed tua fide] L. *tuta fide.* D.

v. 27. v. vidua pudicáq; nocte] Catull. *Nam te non viduas iacere noctes.* Douſa F. ad Catul.

v. 29. ſibi ab Aſcylto nullam vim factam] quippe cupienti. ſuprà de Ioue: *& peccaturus in terris nemini tamen iniuriam fecit.* D.

p. 106. v. 4. quẽ Lydus adorat Septifluus] L. *Veſtifluus.* veſtes enim Lydorum erant fluxæ, vt ex Herodoto conſtat. *Septifluus* autem Nilo cõuenit, nõ Lydo. Turneb. lib. XXVI. c. VI.

v. 5. templúmque tuis imponit hypœpis] al. *Hypeis.* L. *Hypæpis. Hypæpa* eſt Lydiæ oppidũ. Ouidius XI. Metã. *Sardibus hinc illinc paruis finitur Hypæpis.* alioqui Dianæ ſacer hymnus Hypæpus. H. Iunius animad. lib. VI. c. XV.

v. 9. & rebus egenis Attritus] L. *& rebus egenus Attritis*--- D.

v. 13. fortunæ arriſerit hora] L. *aura.* Scaliger & Lipſius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

v. 23. aut quod purgamentum calcaſti i triuio]Vide Turneb.lib.xxvi.c.vii.

p.107. v. 13. tanquàm ante recens buſtum Culinam his verbis circumſcribere videtu h.e. loca quædam ſub vrbe inopum funeribu deſtinata, vbi ſepulcrales epulæ comburi mo erat. Quaſi innuat Enothea, Eucolpiō, & Pro ſelenon ex hac nota eſuritorum, qui cibum flamma petere poſſint. D.

v.27. tam rigidum reddidero quàm cornu Ouid. *Et tumidum cornu durius inguen erat.* D

p.108.v.16. imperio parere] L. *parate*. D.

v.21.& camellam vetuſtate]*Camella*, eſt vas Iterum: *Infra manus meas camellam vini poſuit* Ouid.v. Faſt. --- *adpoſita veluti cratere camella* *Lac niueum petes*.- - Turneb.lib.xxvi.c.vii.

v. 25. cucumam ingentem foco appoſuit] Martial. *Cucumã fecit Otacilius*. eius diminutiuū. *cucumion*, quod apud Arrianum Diſſert. Epicteti: δεῖ αὐτὸν ἔχειν κουκούμιον ὅπου θερμὸν ποιήσει τῷ παιδίῳ ἵν' αὐτὸ λούσῃ. Politianus Miſcell.cap.xxx.

p. 109.v.4.pariter ſpoliat]al.*peritè ſpoliat*. L. *peritè deſpoliat*. Stevvech.ad Apul.

v.9.Non Indum fulgebat ebur]Horat.*Non ebur, neque aureum Mea renidet in domo lacunar*.

v.12. Impoſitum Cereris vacuæ nemus] L. *I.Cereris nemus, baca, & n.t.p.*Palmer.

v.14. Hinc molle ſtillæ latus]L.*Hinc mollis tiliæ laus*. Laus enim tiliæ, mollem & ſequacem & lentam eſſe. Tamen, *Et molli ſtilla lacus*,

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

non reprehendo. Palmer.

16. At paries circa palea.] L.

Et paries circa palea ſatiatus agreſti,
Fortuitóque luto, clauus numerabat & annos.

Tranſmigrarunt cognatorum verſuum vltimæ dictiones. Repoſuimus loco. *inani* & *annos*: quia ex S. Pomponio didicimus Clauos annales dici, ex quibus numerus colligeretur annorum. *Clauus annalis*, inquit, *appellabatur, qui figebatur in parietibus ſacrarũ ædium, per annos ſingulos, vt per eos numerus colligeretur annorum*. Petron. igitur barbari & inculti ſeculi mores deſcribens, dicit clauis annos numerari ſolitos, quos ſecuta ætas elegantior per Conſules numerauit. Durantius Variar. lib. .c.5. Palmer. *Fortuitóque luto clauos numerabat greſtes.* Nam in templis quotannis clauus figebatur annorum index. Ita paries ille agreis ſacelli, de quo Petr. carmen, numerabat lauos, h. e. per clauos recenſebat annorum umerum. Eadem D. ante Palm.

v. 19. prettereà quæ fumoſo] L. *p. quas* D.

v. 24. Digna ſacris Hecates] id eſt, anus endiciſſima & pauperrima, quod cùm in uio ſoleret adponi viliſſima Hecates cœ-, vt eſt apud Ariſtoph. in Pluto, pauperes pere conſueuerãt penè priùs quàm appoſita ec. Significatur autem Hecate pauperrima, æ officio cœnæ Theſeum excepit. Turneb. ibid. quam Muſa loquentibus annis Battiadæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

tiadæ v.m.t.æ.]ita leg.non *Bacchineas veter*
vt intelligatur poëma Callimachi, Batti fil
quod Hecale inſcriptum erat. Turnebus li
XXVI.cap.VI.lib.I.cap.XV.

p. 110. v.23. penéque fluentes] al. *pœna*
que luentes. L. *pennáque fluentes Harp.* poëti
phraſi, pro, *volantes*. Lipſ.Ant.Lect.

p.111.v. 5.libaueram cellulæ limen] L. *ſu*
raueram. Turnebus. at Ariſtoph. eadem m
taphora vſus in Ranis, *οὐ μὴ διατρείψῃς, ἀλ*
γεῦσαι τῆς θύρας. D.

v.6. cum teſto ignis pleno venientem.] T
ſtum genere neutro. ſolebant autem antiq
teſta ignem petere. hinc Cornific. lib. IV.
Herennium: *Hic de tanto patrimonio tam c*
teſtam, qua ſibi petat ignem; non reliquit. Turn
bus lib.XXVI.cap.VII.

v. 12. tribus, niſi potionibus è lege ficc
tis] Auſonius:

Ter bibe, vel totiens ternos, ſic myſtica lex

Scalig. Auſon.lect.lib.II.c.XXVI.

v. 27. anſerem omnibus matronis ac
ptiſſimum] Credo verecundiæ cauſſa. Pl
lib. X. cap. XX. an potiùs, quoniam Iſidi
genus peculiariter ſacrum. Sed quum Pri
delicias idem animal appellitet, ſuſpic
poſſit aliquis improbius quid ſub matro
lis ſchematis integumento occultari,
aliò fortè accommodandum, quàm qu
auis huius lingua aſſumta in cibo aut po
fœminarum libidinem concitet. D.

p.1

p. 112. v. 31. cùm digitos porris apióque luſtraſſet] quippe impiatos ac pollutos anſerina cæde. D.

p. 113. v. 3. ex hac coniectum dicebat] L. *coniecturam ducebat*. D.

v. 25. ſolutæ mero] ſuprà: *cùm ſolutus mero*. Ouid. *Turpe iacens mulier multo reſoluta Lyæo*. D.

v. 28. euaſi tamen.] *Tamen* eſt *tandem*. Non. Marcellus, Gruterus Suſp. lib. v. cap. x.

p. 114. v. 3. Dearum libidinantium] L. *Litigantium*, vel, *licitantium*. D. Gruter. Suſp. lib. I. cap. XII. *liuidinantium*. vt ſit, dearum æmularum, & liuore laborantium.

v. 5. tam petulantibus oculis] ſuprà: *oculorum mollis petulantia*.

v. 10. Nec me contumeliæ laſſant] Tibull.

Vltrò contemtus rogat, & peccaſſe fatetur
Læſus, & inuitis ipſe redit pedibus.

Idē: *Nil ego non patiar. nunquàm me iniuria mutat*. Douſa F. ad Tibull.

v. 21. regnum Neptuni cauit Vlyxes] L. *pauit*. V. D.

p. 115. v. 4. tu deſiderium, tu voluptas] Deſiderium verbum amatorium, quo voluptas & déliciæ ſignificantur. Horat. *O deſiderium & dulce decus meum*. & deſiderij poculum, eſt poculum amatorium. Horat. *Deſiderique temperare poculum*. Turneb. lib. XXVI. cap. VII. Vide Fr. Iureti Notas ad Symmachi lib. IX. Epiſt. XXIIX.

p. 117.

p. 117. v. 30. Apud quaſdam gentes ſcim
adhuc legem ſeruari] Solinus cap. LV. D.

p. 119. v. 10. Memphitides puellæ, Ægyp
choraulæ & crotaliſtriæ in pretio erat,
quod ex hoc loco patet. *puer manu loquaci*, c
χειρονομῶν χοραύλης: & *anus recocta vino*, c
crotaliſtria. Idem propè eſt in Epigram.

ἐζακβευσαμένη τῷ πήχει χειρονομοῦντι. Ite
ἢ κροτάλοις ὀρχηστρὶς ἀρίστον ----

Scaliger ad Propertij lib. IIII.

p. 120. v. 3. Anus recocta] eodem mod
Catull. *Fuffitio ſeni recocto*. Scaliger.

p. 121. v. 23. cui vultur] L. *Qui vultur*. Do
ſa F. ad Tibull.

v. 25. Non eſt quem lepidi] L. *Non eſt que
Tytium v. p.* D. & Palm. Douſa F. ad Tibu
Non e. quem Tityi v. p. vt liuor & luxus vu
turi adſimulentur, quo modo ferè in Ep
gramm. Græco Anthol. II.

ὄρνεον ἠσθιόμεν κεκλημένοι ἄθλιοι ἄνδρες
  ἄλλων ὀρνίθων βρώματα γιγνόμενοι.
καὶ τὸν μὲν Τιτυὸν κατὰ γῆς δύο γῦπες ἔδουσιν,
  ἡμᾶς δὲ ζῶντας τέσσαρες αἰγυπιοί.

p. 122. v. 3. Myrrhinũ mihi adfers] L. *adfer*. I

v. 20. ferculum allatum eſt.] refer ad Tr
malcionis conuiuium. D.

v. 26. Nam comptum me] L. *Nam centum n
vernæ hallucitæ moleſtabant*. D.

v. 29. Tot Regum manubiæ p. f. r.] Cre
Eucolp. vel Aſcylt. ſignificari. nam de an
borum manubiis habuimus: *poſtquàm optim*

ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

fide partiti manubias ſumus.D.

p.123.v.2.Excelſiſſimus]Credo illum locum in animo habuiſſe Gloſſographum: *Eudoxus in cacumine excelſiſſimi montis conſenuit*.D.

v.22.Non duco contentionis funem] *Ducere contentionis funem*, eſt velitari, altercari.D.

p.125.v.22. Deridet feſtam Romuleámque caſam] L. D. *feſtram R. c.* Antonius Gnipho librum ſcripſit de feſtra: quid videlicet feſtra in veterum libris & ſacris ſignificet. In eo libro pleraque omnia exoleta vetuſtatis perſecutus erat, vt ex Macrob. cognoſcimus. Itaque hoc dicit Petr. Feſtram & quicquid antiquitas ſuum habuerit cum Gniphone, cum ſuis omnibus libris rideri. Palmer. Douſa coniecturam probat. Arbitratur autem Petronium ſeculi ſui inſolentiam inceſſere, atque hoc ſignificare; eò iam luxuriæ ventum, vt viliſſimum mancipium non Gniphonis librum de Feſtra, aut rancidas antiquitates, ſed Feſtram ipſam potiùs, hoc eſt oſtium illud in ſacrario Romano minuſculum, ac vetuſtiſſ. Romuli regiam, tanquàm caſam præ tegillo ſuo faſtidij plenus naſo ſuſpendat adunco, nauſeans ad ſimplicem Reipublicæ priſcæ continentiam. Vide D.

p.126.v.5. Proiecit vitium hoc] Vt proiectam libidinem, audaciam, pro effuſa. & immodica; ſic proiicere libidinem, laſciuiam, pro effundere: ergo *proiicere vitium*, cuius

iam

iam modus nullus eſt. Palmer.

v. 17. Nec toto] L. *Nec noto ſtomachum c.*

Palm.

p. 127. v. 1. Rebus in aduerſis quæ iacuer
id eſt, quæ deſpicatui nobis, nullóque in h
nore aut pretio fuerant, tum cùm eorum v
facilè carere poteramus. D. in Catal.

Iacere me, quòd alta non poſſim, putas,
Vt ante vectari freta.

Et neſcio quis dixit, *iacentem guſtum*. Et Ge
lius: *Oppidò quàm ſordere ac iacere incipiunt, q*
Latina ſunt. Eſt, quod Græci, ἀργεῖν. Scaliger
Catal.

v. 2. Sic rate demerſa] L. *Sic r. d. fuluum a*
ponderat aurum. D. & Palmerius.

v. 5. Barbara contemni] L. *Barbara contem*
prælia pannus habet. Pannum (quo pannuc
am & ſordidatam plebeculam deſignat) ba
bara prælia habere contemtui, id eſt, bel
corum tumultuum ſecurum degere. D.

v. 15. Nam citiùs flammas mortales c
tenebunt] Tul. II. de Orat. *Dicere aiunt E*
nium flammam faciliùs ore inardente opprin
quàm bona dicta teneat. Ennodius: *Facilius*
ignem lingua comprimere. Symmach. *Facilius*
ardentes fauillas ore comprimere. Iureti Notæ [illegible]
Symm. libro I. epiſtola XXV.

IAN

IANI DOVSÆ FILII IN PETRONII ARBITRI SATYRICON, Spicilegium.

p. 1. v. 12. nunc & rerum tumore] alij, *verborum tumore*. Simile in Seneca lib. 2. de Benef. quamuis diſſimili notione: *Quid opus arrogantia vultus, quid tumore verborum?*

v. 13. & ſentẽtiarũ vaniſſimo ſtrepitu] Quid ſi *inaniſſimo* legas? ſic poſteà: *Leuibus enim atque inanibus ſonis ludibria quædam excitando.* Auguſtus Cæſar apud Suetonium: *An potiùs Aſiaticorũ oratorum inanibus ſententiis verborũ volubilitas in noſtrum ſermonem transferenda.*

p. 2. v. 18. Et ne poëtas quidem ad teſtimonium citem] Macrob. Saturn. 1. cap. 4. *Et vt ipſos quoque Grammaticos in teſtimonium citem.*

p. 5. v. 29. Occurrit mihi æquè lapſus ac moriens Aſcyltos] fortè, *laſſus*.

p. 6. v. 31. cuius nec ſpiritus purus eſt] Cicero v. in Verrem: *Apronium hominem vix liberum, contaminatum, perditum, flagitioſum, qui non modò animum integrum, ſed ne animam quidem puram conſeruare voluiſſet.* Vbi licèt notes hallucinationem viri magni, qui animæ facultatem hîc innui exiſtimat animi appellatione. Quod in Tuſculana clariùs

dixe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

dixerat: *Animis anima continetur.* Etenim l[…] gè aliud & flagitioſum quiddam atque ἄρ[ρη]τον intelligitur per animæ impuritatem.

p. 13. v. 13. Quæ mille vix homines no[…]runt] alij: *quæ vix nulli homines nouerunt.* [m]lim, *vix vlli.*

p. 14. v. 10. Omnia nimio riſu exſonuera[nt] Apuleius Metam. 10. *Interim conuiuium ſu[m]mo riſu perſonabat.*

p. 16. v. 31. Lucernæ quoque humore [con]fectæ] Paulus Silentiarius Anthol. 7.

----ὁ δὲ τρίτος ἄρχεται ἤδη
λύχνος ὑποκλάζειν ἦκα μαραινόμενος.

p. 23. v. 13. Superbus ille ſuſtulit vultu[m] Quid ſi legas: *Superbum?* ſic ſuprà dixerat, *re[…]xit ſuperbum pallio caput.*

p. 27. v. 16. Super capricornum locuſta[m] marinam] Locuſtam marinam capricor[no] ideò videtur aſſignare, quòd id genus a[d]uerſis cornibus inter ſe dimicet arietu[m] modo. Plin. lib. IX. cap. 30. *Locuſtæ reptantiu[m] modo fluitãt: ſi nullus ingruat metus, recto mea[nt] cornibus, quæ ſunt propria rotunditate præpila[ta] ad latera porrectis: iiſdem erectis in pauore ob[li]quo in latera procedunt. Cornibus inter ſe dimica[nt].*

p. 30. v. 15. Et transfudimus hinc & hi[nc] labellis Errantes animas] Similis affect[us] quamuis à diuerſa cauſa apud Manil. lib. [...]

Pernoctéſque patres cupiant extrema ſuorum
Oſcula, & in proprias animam transferre m[e]dullas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

p. 35. v. 1. Protogenis rudimenta cum ipſus naturæ veritate certantia] Cicero in ruto: *Quis enim eorum qui hæc minora animadertunt, non intelligit Canachi ſigna rigidiora ſe, quàm vt imitentur veritatē? Calamidis dura 'a quidem, ſed tamen molliera quàm Canachi. 'ondum Myronis ſatis ad veritatem adducta, m tamen quæ non dubites pulchra dicere.*

p. 40. v. 7. ter elleboro animum deterſit])uod hîc de Chryſippo Petronius, idem de 'arneade Academico ſcripturo aduerſùs enonis Stoici libros, tradunt Gellius lib. vII. cap. xv. & Valerius Maximus lib. IIX. ap VI.

v. 15. Vbi eſt dialectica? vbi aſtronomia? oi ſapientiæ conſultiſſima via.] Primum ad hryſippum, ſecundum ad Eudoxum, terum ad Democritum refertur, quem magni Philoſophia nominis fuiſſe conſtat, quémue aliis omnibus atque etiam Platoni ipſi opinione quadam præfert Ariſtoteles lib. cap. 2. de Ortu & Interitu.

p. 42. v. 11. Conſentiunt luminibus, fulmiıum iubar] Eliſio hæc conſonantium duor illius ſæculi auribus atque inſolentior, cit vt legendum potiùs credam : *igneum bar.* ſic Virgil. de iiſdem ; *Ardentéſque ocuſuffecti ſanguine & igni.* Theocritus idyll. xxIv. de anguibus Herculi immiſſis : ἀπ')φθαλμῶν ἢ κακὸν πῦρ

ἐρχομένοις λάμπεσκε.

p.43.v.3.& continuat in mortem vltim
Somnos.] malim *vltimos*, aut ſanè *noctem*
timam, quod idem erit cum morte.

p.47.v.10. O felicem matrem tuam, que
te talem peperit.]Homerus: ---

τρὶς μάκαρες μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μή

p.55.v.19. Intremui poſt hoc fulmen at
nitus.] Emendandum hinc illud Sallu
Fragmentum Hiſtor. 1. *Sic verò quaſi for*
dine attonitus, neque animo neque auribus
lingua competere. Cùm enim locutio ſit fi
rata, legendum ſanè eſt: *quaſi fulmine.* A
leius Metamorph. IIX. *Sed Charite vocem*
fandam & horruit & deteſtata eſt; & va
graui tonitru procelláque ſideris, vel etiam
Diali fulmine percuſſa, corruit corpus & obnu-
lauit animam. Latinus Pacatus in Panegyri
Hinc reorum vſque ad damnationem metus,
ſteà attonitus ſtupor. Cæterùm de animi co
ſternatione ſeorſim habes apud Senec
Natur. Quæſt. lib. 2. cap. 27. De auriu
autem ſtupore Ammianus Marcellinus
17. *In Tagetis Thuſci libris legitur Veiouis f*
mine tangendos adeò hebetari, vt nec tonitrum
maiores audire poſſint fragores. Item Q. C
tius lib. 8. *Erat propè continuus cœli fragor,*
paſſim cadentium fulminum ſpecies viſebant
attonitíſque auribus ſtupens agmen nec progr
nec conſiſtere audebat.

p.59.v.1. à capillis vſq; ad vngues.]Plau
in Epidico: *Vſque ab vnguiculo ad capillũ ſum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

eſt feſtiuiſſima. Poſidippus Anthol. 7. Ἐκ τριχὸς ἄχρι ποδῶν ἱερὸν θάλος. Horatius Epiſt. l. 2. ep. 2. *talos à vertice pulcher ad imos.* Cicero pro Roſcio Comœdo: *Nónne ab imis vnguibus vſque ad verticem ſummum, ſi quam coniecturam adfert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallaciis, mēdaciis totus conſtare videtur?* D. Hieronymus in quadã præfatione: *Contuli cum eo à vertice, vt aiunt, vſq; ad extremũ vngem.* Apuleius Metamorph. 3. *Ab imis vnguibus ſeſe totum ad vſque ſummos capillos perlinit.* Lucianus in Aſino: ἐκ τούτου λαβοῦσα χρίεται ὅλη ἀπὸ τῶν ὀνύχων ἀρξαμένη τῶν κάτω. Calliſtratus in Deſcriptionibus: παῖς δ' ἦν ὁ καιρὸς ἡβῶν ἐκ κεφαλῆς ἐς πόδας ἐπανθῶν τὸ τῆς ἥβης ἄνθος.

p. 68. v. 18. Exſonat cantibus totum nauigium.] Sic ſuprà dixerat: *Omnia nimio riſu exſonuerant.*

p. 96. v. 17. Supercilia vſque ad malarum ſcripturam currentia, & rurſus confinio luminum penè permixta.] Anacreon:

> Τὸ μεσόφρυον δὲ μή μοι
> Διάκοπτε, μήτε μίσγε.
> Ἐχέτω δ' ὅπως ἐκείνη
> Τὸ λεληθότως, σύνοφρυν
> Βλεφάρων ἴτυν κελαινήν.

Ariſtænetus: Τὸ δὲ μεσόφρυον ἐμμέτρως τὰς ὀφρῦς διορίζει.

p. 97. v. 24. Vt putares inter auras canere Sirenum concordiam.] idem in Fragmentis. *Sirenum cantus & dulcia plectra Thaliæ Ad vo-*

cem

cem tacuiſſe reor. Agathias Anthol.7.

ἤματι γὰρ σέο φέγγος ὁμοίιον, ἀλλὰ τὸ μὲν σ
ἄφθογγον, οὐδέ μοι καὶ τὸ λάλημα φέρεις,
κεῖνο τὸ σειρήνων γλυκερώτερον.

id eſt.

Quippe tuo iubare exæquas (diem) at ille ſi
expers
Iuncta eſt clarori blanda loquela tuo,
Sirenum illa ſua ſuperans dulcedine nectar.

Ariſtenætus: ἡνίκα δὲ φθέγγεται, βαβαί, ὅσ τῆς ὁμιλίας αὐτῆς αἱ σειρῆνες. Cæterùm ad Ag thiæ verſus alludit & illud quod ſequit *Itaque miranti, & toto mihi cœlo clarius neſ quid relucente.*

p.98.v.10.Idæo quales fudit de vertice fl res.] Philoſtratus in epiſtolis: καὶ τοῦ δὲ ἀ ἐκοιμᾶτο ἐν τῇ ἴδῃ τοῦ ὄρει, ἄνθη ἡ γῆ ἀνῆκεν λ τὸν καὶ ὑάκινθον καὶ κρόκον.

v.17.Mille oſculis luſimus, quærentes v luptatem robuſtam.] Tacitus Annal.14.*Iám que laſciua oſcula, prænuntias flagitij blandit annotantibus proximis.*

p.100.v.17. Nec ſpeculum mihi, nec fan mentitur.]Lucillius: ψευδὲς ἔσοπτρον ἔχει Δ μοσθένης.

p.104.v.18.Hoc de te merui, vt me in co lo poſitum ad inferos traheres?]Pallades Ar thol.7. εἰς τύχην. Τοὺς δ' ἀπὸ τῶν νεφελῶν ἐ ἀΐδην κατάγει.

p.105.v.3. Si dolorem meum naturali co uitio exoneraui] Ariſtenætus: ἅπας γὰρ δὴ ὁ τ

οι

οὖν ἀχθόμενος τὴν ψυχὴν τὸ λυποῦς, ἐπικουφίζει τῇ διανοίᾳ τὸ βάρος. &, vt Seneca ait; *Omnis aduerſa fortuna habet in querelis leuamẽtum.*

v. 11. Et hoc vitam dixit habere telos.] Athenæus lib. 12. Ἐπίκουρος ἐν τῷ περὶ τέλους φησὶ τιμητέον τὸ καλὸν καὶ τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰ τοιουτότροπα ἐὰν ἡδονὴν παρασκευάζῃ.

v. 29. Iurauit verbis ſibi ab Aſcylto nullam vim factã.] Suſpicor hîc inſerendos verſus qui leguntur in Fragmentis: *Naufragus eiecta*, &c. ſed nihil adfirmo.

p. 109. v. 7. Mirabile quidem paupertatis ingenium] Forte hîc interponendum Epigramma illud ex Fragmentis: *Omnia quæ miſeras poſſunt finire querelas.*

p. 112. v. 1. Inimicus ſacerdotio pellar.] Poſt hæc verba commodiſſimè inſerentur hi verſus: *Hæc ait & tremulo deduxit vertice canos, Conſecuitque genas.* & quæ ſequuntur.

p. 114. v. 1. Quid huic formæ aut Ariadne habuit, aut Leda ſimile?] Similis huic locus alibi apud Nicetam Choniatem, qui iam non ſuccurrit.

v. 12. Modò redire in gratiam liceat.] Vix dubito, quin & hîc interponendi ſint illi verſus è Fragmentis:

Candida ſidereis ardeſcunt lumina flammis.

Nam omninò, idem eos dicere cum eo quod Petronius hîc vult, manifeſtum eſt.

p. 115. v. 3. Teneo te inquit, qualem ſperaueram.] Apul. Metam. 10. *Teneo te, inquit,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

teneo meum palumbulum, meum paſſerem.

p.116.v.8. Vt ſederet ſupra commendata bonitatem.] lego: *commodatam bonitatẽ.* Qu explicandum ex his duobus locis: *Vendiſ amplexus, non commodas*: quod ſuprà dixer Item: *Nam neque puero neque puellæ bona vendere poteſt.*

p.117.v.14. Vnde lenatores viuerent,] V tus Poëta:

Græcule conſueta lenandi callidus arte.

p.120.v.19. Triplici vides vt ortu] Vide eò alludere, quòd Lunaris motus perio triplex ſit, vnde & Lunaris menſis tripli generis, dicitur enim aut περίπατος, ſeu περίοδος σελήνης, aut σύνοδος, aut φάσις.

p.121.v.23. Cui vultur iecur vltimum p errat.] Non abludunt hinc iſta Euſtathij Odyſſ. α. Ματρέας ὁ ἀλεξανδρεὺς κατὰ τὴν ἱστορ τοῦ ἀθηναίου ἔλεγε πρὸς αἴνιγμα θηρίον π. τ φειν ὅπερ αὐτὸ ἑαυτὸ ἐσθίει, ὡς καὶ ζῇ εἰ φ μέχει τοῦ νῦν τὸ ματρέου θηρίον. τὸ δ' ἢ θυμὸς ἴσω φθόνον δηλοῖ, ἢ λύπην, ἢ καὶ τι κωμικώτερον παθές. Quæ magis etiam illuſtrando Petro fecerint, ſi legatur in vltimo verſu: *liuor at luctus*; non *luxus*. Alia quædam ad hunc cum diximus in Notis ad Tibullum.

p.122.v.15. Cerberus forenſis erat Cau dicus.] Lucill. Anth. 2.

Οὐ δέχεται μάρκον τὸν ῥήτορα νεκρὸν ὁ Πλούτ
εἰπὼν, ἀρκείτω κέρβερος ὧδε κύων.

Varro Attacinus: *latrant fora, claſſica t*

ba

bant. Tertullianus de Pallio: *Iura non conturbo, cauſſas non elatro.* Hinc *canina facundia* Appio, & Prudentio, *caninum ſtudium*, Columellæ lib. 1. *canina contentio* Firmico lib. 4. dicitur hoc forenſe litigium. Similia quædam habes apud Marcellinum lib. 30.

p. 127. v. 11. cernúntque iacentem.] Fortè, *cadentem*. Manilius: *Quáque cadit Phœbus.*

v. 26. Fallunt nos oculi] Sextus Empiricus in libro contra Mathematicos ſcribens ex opinione Epicuri: Οὕτως οὐκ ἂν εἴποιμι ψεύδεσθαι τὴν ὄψιν, ὅτι ἐκ μακροῦ μὲν διαστήματος μικρὸν ὁρᾷ τὸν πύργον καὶ στρόγγυλον, ἐκ δὲ τοῦ σύνεγγυς μείζονα καὶ τετράγωνον, ἀλλὰ μᾶλλον ἀληθεύειν ὅτε καὶ ὅτε φαίνεται μικρὸν αὐτῇ τὸ αἰσθητὸν καὶ τοιοῦτο σχημὸν, ὄντως (f. interponendum ἐστὶ) μικρὸν καὶ τοιοῦτο σχημὸ τῇ διὰ τοῦ ἀέρος φορᾷ ἀποθραυομένων τῶν κατὰ τὰ εἴδωλα περάτων. Tertullianus de Anima, cap. 17. *Item vt turris habitus eludat, interualli conditio compellit in aperto, æqualitas enim circumfuſi aëris pari luce veſtiens angulos, obliterat lineas.* Similis ferè ratio & à Lucretio redditur lib. v. Meminit verò huius rei idem Empiricus Pyrrhon. Hypotheſ. lib. 1. cap. 13. Notandum etiam in Petronio *rotatur* poni pro *rotundatur*.

p. 130. v. 15. Pugnantis ſtomachi compoſuêre famen] lego: *Pungentis.*

p. 131. v. 12. Nulli ſternuntum] Fortè; *ſternuntur*, aut *tanguntur*.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

IN

PETRONII ARBITR[I]

SATYRICON

ANIMADVERSIONES

In quibus leuia quæque, aliis inuiſa aut contemta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

AD LECTOREM.

CVRANTI mihi nouam Perronij editionem, animus principiò fuit haud pauca adiicere, quò noua luce hunc auctorem ſuffunderem, neſcio qua leui ductus inſania? cùm iam laboraret in fine opus, contenderémq; quid alij ante me (nam Pariſienſis Ed. ſerò nimis in manus meas venerat) nihil mihi reſidui, præter exiles quaſdam ineptias, quæ vel cuiuis in facili congerere continuo ſeuera obiurgatione me reprehendens cœpi velle refragari, conſilium mutare, imò prorſus abiicere? tum demum illam vocem oraculi exiſtimans, quam toties alij inſuſurraſſent; actum me ſcilicet acturum, commentaturus in ſcriptorem traductum tot tantorumque ingeniis. Equidem fatebor tibi ſimpliciter, ſeriò pœnituit ſtultitiæ meæ, tandem nonnulli inſtantiâ vrgere, exoluerem quod inconſulta pollicitatione promiſiſſem; compulſus denuò adgredi, quod ex deſperatione deſerueram. Itaque *quod adſolet apud prudentes viros eſſe, in operibus elaboratis iudicatio reſtrictior, in ſubitariis venia prolixior:* idem hîc ſpero, totum enim hoc proxima & repentina fœtura natum, quod vereor, monſtrum. Tethys ipſa iurabit haud ablui poſſe omnibus vndis. Cæterùm nullius hortamina tantum apud me potuiſſent, vt auderem hoc faci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

nus, niſi dulce cum pleríſque qui ante n
in hoc campo *difficiles habere nugas*; dica
quod ſentio, in quibuſdam illorum vix
ſum, in quibuſdam vix ſomnum teneo: I
tis non fuit illis nihil dicere, ſed etiam lac
ra pleraque & diſrupta religare, prô nef
infeliciſſima & fallaci manu; adtexêre pr
tereà neſcio quas carminum quiſquilias,
ineptiſſimis dignas, pro quis mehercles,
in auctione venirent, neque Afranius nau
daret; ea Petronij adſeuerare, quid aliu
quis dixerit, quam inſaniam? tamen paru
abeſt, quin audeant pallidi iſti & ieiu
concinnatores. Credite, hoc artificium v
bis periit. Lector, ignoſce ridenti. Atq
vtinam verè errarent, qui calumniantur ho
ſcriptionis genus. Pace quorundam lice
dixiſſe, ſtudij huius dignitatem perdideru
miris enim artibus ſuis effecerunt, vt totu
eneruaretur & caderet. Primum genus il
lorum, qui circa literarum apices digla
diantur, quibus literulæ immutatio trium
phus, faſtidioſa natio. ſi quid tale etiam alii
in mente, clamant furta, plagia & tot no
mina criminum grauiorum. ſi quid fort
imprudentius exciderit (vt maximê lubri
cum hoc ſcribendi genus, nec ſcio an qui
vnquàm ſine lapſu euaſerit) conquerunt
vt de vi publica, delictum vſque ad mor
tem. ſi quid in medio relinquas, ne vel ha
via offenſam incurras, quòd omnia præri
pueris

pueris, protinus paratum illud Velleij: *Quid aliud quàm nimium occupatum dicam, quem vel mendum vocis feſellit, aut hoc vel illo loco ſomnus obrepſit?* Iam tot ambitus ſermonum per ſententiarum tormenta, verba ipſa calamiſtrata tam aptè poſita, vt iurares de ſingulis illos iuiſſe in conſilium. Dic mihi, ánne fanaticus iſte medicus, qui dum vrit & ſecat lentis ductibus agit? ſimplex illa munditia, quæ ſine ceruſſa & fuco, tum conſtricta breuitas propria huius materiæ, vbi res contenta doceri. Si qua nota melior, quanto præfamine illa exprimitur, parturiunt quod peperêre, *habent artificium quo priùs perſuadeant, quàm edoceant*; primò cùm audieris, haud ante gnarus quid naſcatur, grande aliquid animo voluas: at cùm offenderis, Deus bone, ridebis illicò faſtum: literulæ mutatio eſt, aut Syllabæ tranſpoſitio. Sunt qui diaria texunt actuum, qui eloquentiam oſtentant in alienis laudibus. Porrò in profligandis aduerſariis vſque ad faſtidium & inuidiam nimij. non tanti conſtitit Pompeio victoria. de ſubattrectatione alienæ ſciētiæ. vt ait Plinius, famam ſibi aucupantur; quibus inſtar mortis ſi videant alibi clarum oriri ſidus, pleroſque figuratis perſtringunt laudibus: nouum malitiæ genus, laudare quod accuſes, haud oſtendunt vulnera, ſed infligunt; ſcriptorem, cui manus commodabunt, ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

alius tangat, iniuriam ſuam putant, cù
ipſi vix decem annis abortum faciant; m-
ramur, quod horum libri lectorem inu
niant. nam legentium contumelia ſu
quos putant optimi cuiuſque conuitiis ga
dere. Reliqua ſino præterfluere, ne in faſt
dium adducta videantur; ſatiúſque mea t
gere, quàm aliorum vitia indagare. *Acc*
ſamus ſæpe quod facimus, & contrà nos diſer
in vicia noſtra inuehimur, ait D. Hierony
mus. Sanè his moribus medicinas dicer
cum ventis litigare arbitror: Hippocra
tis potiùs fomentis, quàm monitis alioru
indigent. Nos exequemur reliqua propoſi
ti. Pleriſque is morbus familiaris, vt tanta i
operibus ſuis promittant, propter qu
meritò vadimonium deſeri poſſet. At cùr
intraueris, dij deæque quàm nihil in medi
inuenies. Non eſt quòd te ante rem ſuſpen
ſum teneam, aut vana ſpe ductem: nihi
damus niſi friuola quæque & leuia, alii
contemta potiùs quàm non viſa. ita ſan
oportuit poſt tam curioſæ diligentiæ viros
qui vberem meſſem ex hoc agro college-
runt. idem nos voluiſſe, licèt non adſecuti
abundè pulchrum atque magnificum, omni
hîc triumphus illorum, nos armillis & haſt
donari ſeriò recuſamus. Itaque legendi mo-
dum hic ponas licet, aut huic.

--- exarationi
Diſtrictum bonus applicare theta.

Vulnera

Vulnera coacta prorſus, quæ vt ſcopuli alio-um quoque acumina fregerunt, reſcindere non libuit, ne nouas plagas incurrerem. Quæ ordini obſtreperent, lectoriſque intentio-nem diſpargerent, malui differre, dum ple-niùs in hunc ſcriptorem, melius nactus ex-emplar. Itaque fraudi non erit, ſi intacta multa relinquam. equidem *ſi bonus eſt Le-ctor, quæ omiſi non oblita nobis, ſed prateri-ta exiſtimet.* At mihi nunc agreſſuro venia opus erit (ſæua enim & infeſta virtutibus tempora) quam vt benignè indulgeas ob-teſtor. indubiè ſæpius peccaturus, quippe qui homo & adhuc iuuenis. Cæterùm *placebo tibi, ſi me culpam emendare permiſeris.* Hoc te rogo Lector.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

IN PETRONII ARBITRI

SATYRICON

Animaduerſiones.

p. I.v.2. Declamatores] *Declamatio iudic-*
rum imago. Quinctil. lib. I. cap. x. *Forenſiu*
actionum meditatio. lib. IV. cap. II. Eumenis
Rhetor: *Neque enim tantum me aut negligen*
aut confidentia tenet, vt neſciam, quanta ſit in
hanc aciem fori & noſtra illa ſecreta ſtudioru
exercitia diuerſitas. Ibi armãtur ingenia, hîc pr
liantur: ibi præluſio, hîc pugna committitur. Sen
ca: *Ita arbitratum eſt ſcholam quaſi ludum, foru*
quaſi arenam eſſe. Acceſſere ad hoc exercit
tionis genus perſonæ principes. Suetonius
Nerone, cap. x. Spartian. in Seuero. Capito
nus in Gordiano: *In Athenæo cõtrouerſias dec*
mauit. Cicero I. Tuſcul. Quæſt. *Declami*
bam cauſſas. lib. IX. epiſt. ad Pætum: *Hirtiu*
& Dolabellam dicendi diſcipulos habeo, cœnar
magiſtros. Puto te audiſſe, illos apud me declam
re, me apud illos cœnare, hos innuit Seneca C
trouerſ. procem. *Potuiſſem audiſſe* (Ciceroner
in illo atriolo, in quo duos grandes prætextatos
ſecum declamare ſolitos. cuius indicium fec
Suetonius lib. de Claris Rhetor. Cicero Br

tc

to: *Commentabar declamitans cum M. Piſone, aut cum aliquo quotidiè.* hinc *quotidiana declamatio.* lib. XVI. ep. XXI. *& quotidiana*, commentarij puerorũ in quos ea, quæ aliis declamantibus laudata erant, regerebant, vt ait Quintil. lib. II. Colloquiis priſcis: *βιβλίον ἔλαβον, ἔγραψον καθημερινά.* Serò declamandi exercitatio ad Romanos, prorſus diuerſum iter ad eloquentiam antiquitùs. Auctor dialogi de Oratorib. Quinctil. lib. II. c. IV. *Fictas ad imitationem fori materias apud Græcos dicere circa Demetriũ Phalerea inſtitutũ. Latinos dicendi præceptores extremis L. Craſſi temporibus cœpiſſe Cicero auctor.* Quem vide lib. III. de Orat. Suetonius de L. Plotio. *Cicero refert: Memoria teneo pueris nobis primum Latinè docere cœpiſſe L. Plotiũ.* Ergo quę circa Demetrij Phalerei tẽpora in ſcholis frequentari cœperunt exercitationes, poſteà Romanis Cicerone puero vſurpatæ, Cauſſæ, ſeu Controuerſiæ dictæ. Seneca Controuerſ. *Declamabat Cicero non quales nunc controuerſias dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronẽ, quas Theſes vocabant. Hoc autem genus materiæ, quo nos exercemur, adeò nouum eſt, vt nomen quoque nouum ſit. Controuerſias nos dicimus, Cicero cauſſas vocabat.* Nã veteres ex morali parte materias petebant, vt virtutum vitiorũmque laudes & vituperia. Suetõ. de claris Rhet. *Interdũ Græcorũ ſcripta conuertere, ac viros illuſtres laudare ac vituperare. Quædam ad vſum cõmunis vitæ inſtituta, dum vtilia & neceſſaria,*

dum pernicioſa & ſuperuacanea oſtendere. Qu *genus* θέσεις & ἀνασκευὰς καὶ κατασκευὰς *Gr* *vocant, donec ſenſim ad Controuerſiam ventu* *eſt.* Diagolo de Oratorib. *Ad hæc efficien* *veteres intelligebant opus eſſe, non vt fictis contr* *uerſiis linguam modo & vocem exercerent, ſed* *his artibus pectus implerent, in quibus de bonis* *malis, de honeſto, de turpi diſputatur.* Seneca li II. Cōtrouerſ. III. *Declamabat Naſo controue* *ſias ethicas. Itaq; aut ex morali parte, veteres c* *trouerſiæ aut ex hiſtoriis trahebantur, ex verita* *aut ex re. ſi quæ fortè recèns accidiſſent, eas Gr* *ci* συντάξεις *vocabant.* Sueton. de claris Rhe tor. Poſt ingenia faſtidire conſueta, diuer à forenſibus cauſis tractare, imò ad me nugamenta deflecti; quò pertinet hæc P tronij indignatio. Ridet eandem inſaniar Quinctil. multis locis. Syneſius περὶ ἐνυπνίω & eius Scholiaſtes. Huius generis verò con trouerſiæ Senecæ, Quinctiliani Declamatio nes, & paſſim apud Rhetores Græcos. E quamuis recta declamandi ratio ita celebra ta, vt pleriſq; ad formandam eloquentiar videretur vel ſola ſufficere, Quinctil. lib. I c.x. tamen L. Craſſo & Domitio Cenſoribu ludum impudentiæ claudere iuſſi ſunt. Au ctor Dialogi de Oratoribus S.C. forma apu Gellium lib. xv. cap. xi. Sueton. de clari Rhetor. Atque hæc illuſtrando huic loco, no rei.

v. 7. Hæc vulnera pro libertate publ. ex

cepi

cepi] Quinctil. lib. VI. cap. I.

V. 12. nunc & ſententiarum vaniſſimo ſtrepitu] p. 7. *an audirem ſentẽtias, id eſt, vitrea fracta & ſomniorum interpretamenta.* Quinctil. lib. IX. cap. V. *Lumina præcipuè in clauſulis poſita ſentẽtias vocamus. Quæ minùs crebra apud antiquos, noſtris temporibus modo carent.* Hieronymus ad Pammach. *More puerorum argutas ſententiolas in clauſulis ſtruis.* Idem ad Nepotianum: *Ne à me quæras pueriles declamationes, ſentẽtiarum floſculos, & per fines capitulorum acuta quædam breuitérque concluſa.* Sueton. in Aug. ca. LXXXVI.

V. 14. Vt cùm in forum venerint, putent ſe in alium terrarum orbem delatos] Seneca lib. II. Controu. *Agedum, produc iſtos declamatores à ſchola in forum, cum loco mutabuntur, velut in aſſueta claſſe, & dilecta vmbra, corpora ſub dio ſtare non poſſunt. Non enim imbrem ferre, non ſolem ſciunt, vix ſe inueniunt. Aſſueuerũt enim ſuo arbitrio diſerti eſſe. cùm in forum ventum, aut deficiunt, aut labant.*

V. 17. Quia nihil ex iis quæ in vſu habemus aut aud. a. vid.] vide Dialogum de Corrupta eloquentia.

V. vlt. Sed piratas cum cat. in lit. ſtantes, & tyrannos edicta ſcribentes.] Huius thematis Controu. IV. apud Senec. lib. IX. alludit Sidonius ep. VIII. ad Lupum.

Nunc flammam Satyræ: & tyrannicarum
Declamatio controuerſiarum.

P. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

p.2. v.3.reſpõſa in peſtilentiam data]Illu Scaliger L. *reſ.in peſtilentia d.* Quinct. lib. I cap. x. *Sint ergo & ipſæ materiæ quæ finger tur, quàm ſimillimæ veritati. Nam magos, & peſtilentia reſponſa, aliáque magis adhuc fabulo fruſtra inter ſponſiones & interdicta quæremu* Ita potiùs ſcribo; non vt vulgò: *& peſtilen tiam & reſponſa.*

v.4. Vt virgines tres a. pl. immolentur Quintilianus Declam. CCCXXCIV. *in peſtilen tia reſponſum eſt virginem immolandam. ſorte du ctã pater virginem negauit, magiſtratus immola uit. non finiebatur peſtilentia. iterum ſortiti ſunt altera immolata eſt.* vide Declam. CCCXXVI.

v.7. ſed mellitos] v. *& mell.*

v.6. ſeſamo ſparſa] rectè. Quidam codice *ſanſuco*, id eſt, ſampſycho. Scal.

v. 9. primi omnem eloquentiam perdidi ſtis] Quinctil. lib. II. cap. x. *Eò quidem res iſt culpâ docentium recidit, vt inter præcipuas quæ corrumperent eloquentiam cauſſas, licentia atque inſcitia declamantium fuerit.* Ill. Scal. ex V.C.L. *Primi omnium.*

v.10. Leuibus enim atque inan. ſonis] Omninò alluſum ad prouerbium: *Fluctus in ſimpulo excitare.* Scaliger.

v.13. caderet] Seneca Controuerſ. IX. *Præmium pulcherrimæ rei cecidit.* Lactat. lib. IV. cap. I. *in totum ſapientia ciciderat.*

v.14. Cùm Sophoc. aut Eurip. inuen. verba] Vide Cicer. de Orat.

v. 16. vmbraticus doctor] *ſcholaſticus*. videntur enim in vmbris erudiri, cùm nunquam in forum procedant. apud Senec. *In exercitationibus ſcholaſticis ingenia tã delicata enutriũtur, vt cœlum pati neſciãt*. Plin. lib. IX. epiſt. II. *Volumus ſcholaſticas atque vmbraticas literas mittere*. Iuuenalis Saty. VII. *Ad pugnam qui rhetorica deſcendit ab vmbra*. Seneca apud Tacit. Annal. lib. XIV. *Ego quid aliud adhibere potui, quàm ſtudia, vt ſic dixerim, in vmbra educata?*

v. 17. Nouémque Lyrici] Senec. ep. XXVII. in Hygini Mytholog. nudum lemma. *Septem Lyrici*: quod falſum eſt. Auſonius gripho ternarij numeri:

Et Lyrici vates numero ſunt Mnemoſynarum.

v. 23. naturali pulchritudine exſurgit] Seneca lib. IX. Controuerſ. *Omnia vſque ad vltimum tumorem perducta, vt non extra ſanitatẽ, ſed extra naturam eſſent.*

v. 24. Nupter ventoſa iſtæc & enorm. loq. Athen. ex Aſia comm.] Cicero paſſim lib. Orator. Quinctil. lib. x. c. x. Emporius, aliîque. Iulius Seuerianus: *An ſequẽda Atticorum actio, qui breues aſtrictique ſunt & acres. An imitanda nobis Aſianorum licentia, qui vagi, ac fuſi*. Hieron. ad Ruſticum: *Aſianum tumorem Attico ſiccabant ſale.*

v. 27. peſtilenti quodam ſidere afflauit] Nonnunquàm quaſi ex ipſis ſtellis ignes defluunt, qui fulminum modo animalia ferire ſolent,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſolent & arbuſta, videntur ipſæ ſtellæ dec
dere aut tranſilire, quod tamen puridum e
iſtimare, nam infra iſtas hæc naſcuntur. h
ſanè reſpexit Petron. Apuleius Mileſ. VII
Velut graui tonitru procelláque ſideris, vel ip
Diali fulmine percuſſa. Martialis lib. VII. epi
XCIII.

Hoc opus eſt ſubito fias vt ſidere mutus.

Lib. II. ep. 86. *Sidere percuſſa eſt ſubito tibi Zoi*
lingua. Hi autem, qui perculſi, *ſideroſi* Gloſſa
Sideroſus ἀςροπλήξ, ἐπιληκτικός. In arboribu
ſideratio. Plin. lib. VII. cap. XXIV. Auctor γε
πονικῶν, lib. X. Ἀςροπλῆγα δένδρα μύρῳ ποτιζό
μενα ἀναζήσει. Quanquàm *ſideratio* etiam
θέμα τοῦ ἀνθρώπου. Firmicus lib. IV. cap. XIII. lib
VI. cap. XXIX.

ibid. afflauit] de fulminibus propriè. Spar-
tian. in Adriano: *Fulmen decidens hoſtiam &*
victimarium afflauit.

ibid. ſemélque corr. eloq. reg.] L. *ſemélqu*
cor. el. r. ſtetit & obtinuit. ſeu: *ſimúlque*. quod
rectum inſequentia probant. Adi Seneca
Controuerſ. l. I. procem. *eloquentia regula*. v
Martial. lib. VI. ep. II. *regula morum*.

p. 3. v. 2. Vſque ad ſenectutem] ad iuſtam ſe-
nectutem perdurare. apud Cicer. lib. I. de Leg.
Caneſcet ſeclis innumerabilibus.

v. 4. Compendiariam] Gloſſ. *Compendiaria*
συντομία. Varro: *Hoc dico, compendiaria ſine vlla*
ſollicitudine ac moleſtia dicundi ad eandem
voluptatem peruenire poſſe. Seneca ep. XXVII.

Hanc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſanc compendiariam inuenit.

v. 6. Quam ipſe in ſchola. L. *Qua ipſe.*

v. 9. amas bonam mentem] Seneca ep. XVII. roœm. lib. 3. Narural. Quæſt.

v. 23. parentes obiurgatione digni] Taci-us de orator. multis.

v. 27. cùm ad vota properant.] Vide Sueton. ı Orbillo Pupillo. Perſ. Saty. 2.

ibid. cruda adhuc ſtudia in forum pro-ellunt.] Theon Sophiſta: οἱ μὲν παλαιοὶ τῶν ητόρων, οὐκ ᾤοντο δεῖν ἐφικέσθαι τρόπον τινὰ τῆς ῥη-ορικῆς, πρὶν ἀμωσγέπως ἅψασθαι φιλοσοφίας. ῦν δὲ οἱ πλείους τοσούτου δέουσι τῶν τοιούτων ἐπαΐειν. ͅστε οὐδὲ τῶν ἐγκυκλίων καλουμένων μαθημάτων ι οὖν μεταλαμβάνοντες ἅπτουσιν ἐπὶ τὸ λέγειν. καὶ ὸ πάντων ἀγροικότατον, ὅτι οὐδὲ οἷς προσῆκόν ἐστιν γγυμνασάμενοι, ἐπὶ τὰς δικανικὰς καὶ δημηγορι-ὰς ἵενται ὑποθέσεις.

v. vlt. Vt ſtudioſi iuuenes lectione ſeu. mi-garentur. Suerianus: *Veteres Oratores legendi ınt, & præſentes audiendi. Super hæc frequenter ribendum, agendum & declamandum.* Vide Tacitum de Orator.

p. 2. v. 8. Quod quiſquis perperàm diſcit, ı ſenec. confiteri non vult.] Claudianus Ma-nertus lib. 1. de ſtatu animæ: *Tenellis adhuc ıfantiæ quondam ſuæ perſuaſionibus in ſenectute uerаſcunt.*

v. 14. Frugalitatis lege p. e.] Iul. Se-erianus: *Oratoris artibus nemo inſtrui poteſt, iſi cui ingenium, & frequens ſtudium. Pri-mum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

mum animi ſit quædam naturalis potentia. T
vox, latus, decor, frugalitas, laboris patientia.

v.19. Sedeat redemptus hiſtrion. add.] T
citus de Orat. *Iam verò propria & peculi*
huius vrbis vitia penè in ipſo vtero matris m
concipi videntur, hiſtrionalis fauor, & gladia
rum equorúmque ſtudia, quibus occupatus a
mus quantulum loci bonis artibus relinquit.

v.22. det primos verſibus annos] Lucian
Lexiph. ἀρξάμενος ἢ ἀπὸ τῶν ἀρίστων ποιητ
καὶ ὑπὸ διδασκάλοις αὐτοὺς ἀναγνοὺς, μέτιθι
τοὺς ῥήτορας, καὶ τῇ ἐκείνων φωνῇ συντραφεὶς,
τὰ Θουκυδίδου, καὶ Πλάτωνος ἐν καιρῷ μέτιθι. S
uerianus: *Neceſſaria orationum frequens lect*
& Hiſtoriarum & Carminum.

p.5.v.5. ſcholaſticorum turba] p.7. *tanqua*
ſcholaſtici ad cœnã promiſimus. Scholaſtici ſu
declamatores, qui & *ſophiſtæ.* Antoninus I
perator lib. de vita ſua: καὶ τὸ μήτε ἄν τινα εἰπε
μήτε ὅτι σοφιστὴς, μήτε ὅτι οἰκογενὴς οὐ ἐρνάκλ
μήτε ὅτι σχολαστικὸς, ἀλλὰ ὅτι ἀνὴρ πέπειρος.
Rhetores. Lucianus Rhetor. præcept. ἐρωτᾷ
ὅπως ἂν ῥήτωρ γένοιο, καὶ τὸ πάνδημον ὄνομα σ
φιστὴς εἶναι δόξῃς. Tacitus de Orator. *Ado*
ſcentuli noſtri deducuntur in ſcenas ſcholaſtic
rum, quos Rhetoras vocant. Ideò coniung
Tertull. de pallio: *Primus informator literarum*
Grammaticus, & Rhetor & ſophiſta. Marius V
ctorinus Comment. ad lib 1. Ciceronis de I
uent. ita definit: *Rhetor eſt, qui docet liter*
atque artes tradit eloquentiæ. Sophiſta eſt, apu

quer

qem dicēdi exercitium diſcitur. Aduocati etiã :holaſtici, l. 11. Cod. Theodoſ. de concuſſ. duoc. l. præter. Cod. de lucr. aduocat. cholaſticis verò omnis virtus in ſola ſen- entiarum verborúmque cultura? quod ringit Petronius pagina prima: *ſed mel- tos verborum globulos, & omnia dicta ſa- táque*, &c. adeò, vt communi conuicio *holaſtici*, quibus omnis oratio ſola verbo- um virtute ſtaret. Suetonius de Albu- io: *Declamauit modò, ſplendidè atque orna- è, tum ne vſquequaque ſcholiaſticus exiſtimare- ur, circumcisè & ſordidè, ac tantùm non tri- ialibus verbis.* Saluianus lib. 1. *Non id fa- ere adniſi, vt ſalubres & ſalutiferi: ſed vt ſchola- ici ac diſerti haberentur.* Hieron. ad Nepoti- n. *Calentibus adhuc rhetorum doctrinis, quadam holaſtico flore depinximus.* Vegetius de re ve- erinaria, lib. 3. *Collegi, pedeſtrîque ſermone in bellũ contuli: cuius erit præcipua felicitas, ſi eum ec ſcholaſticus faſtidiat.*

v. 6. in porticum venit, vt appareb. ab ex- emporali declamatione] Quia porticus oco vbi recitabant adiuncta. Plinius lib. XXVI. ca. V. apertum ex his Martialis lib. III. pig. XX.

An ocioſus in ſchola Poetarum
Lepôre tinctos Attico ſales narrat,
Hinc ſi receſſit porticum terit templi.

Colloquiis puerilibus: προῆλθον καὶ λῇ κληδόνι

ἀκὸ

ἀκολουθοῦντός μοι παιδαγωγοῦ ὀρθῶς διὰ τ̃ στο
ἤ τις ἦγεν εἰς τὴν χέλλην. Tertull. aduerſ
Hermogenem, cap. x i. Petron. p. 43.

v. 8. ſuaſoriam. Auctor Dialogi de O
torib. *Duo genera materiarum apud Rheto*
tractantur, ſuaſoriæ & controuerſiæ: ex his ſu
ſoriæ pueris delegantur, controuerſiæ robuſtiori
aſſignentur.

v. 12. nec quo loco ſtabulum eſſet] p. 6. *q*
loco ſtabulum reliquiſſem: eſt cauponium, ſ
diuerſorium. Apul. Mileſ. 1. *Quod ingreſſu p*
mum fuerit ſtabulum. Cyprian. ad Stephanu
Stabula in itinere appetunt tutiora. eâ notio
Tertull. Apolog. cap. XLII. Auguſt. lib. xx
de ciuitate Dei. apud D. Lucam cap. 10. ἤγαγ
αὐτὸν εἰς πανδοχεῖον. rectè vertit Euſeb. Emi
nus: *Duxit eum in ſtabulum.* hinc *ſtabulari*
caupo πανδοχεὺς, in Gloſſis. *Stabularij, qui ca*
ponam & ſtabulum exercent, ait Vlp. D. Nau
Caup. ſtab. Seneca de beneficiis, lib. 1. cap. x i
Nemo ſe ſtabularij hoſpitem indicat. Apul. Mil
Manſionis pretio ſtabulario perſoluto. hoc eſt, lo
cario ſoluto. Varro i v. de lingua Latina: *Loc*
rium, quod datur in ſtabulo & taberna vbi co
ſiſtant. apud D. Lucam: δύο δηνάρια ἔδω
τῷ πανδοχεῖ. Interpr. *Duos denarios de*
ſtabulario. Stabulum πανδοχεῖον exponu
Gloſſæ, quæ vox cauponis & meretric
domum notat. ergo non οἰκίαν aut σταθμὸ
tantùm, ſed lupanar. ita vſurpat Plau
tus in Pœnulo: *Quæ tibi olant ſtabulum*

nan

nam in hoſpitiis etiam meritoria. Gloſſæ Iſido-ri: *Meritoria, loca tabernarum vbi adulteria committuntur.* nec perperàm ſtabularij: leno-nes dicuntur. hinc *proſtibulum.* Nonius *Pro-ſtibulum, quòd ante ſtabulum ſtet quæſtus diur-ni ac nocturni gratia.* Scholiaſtes Ariſtoph. in Equitib. Καστα λβάδες ἑταῖραι εἰσιν, αἱ ἀεὶ ἐπὶ τῶν οἰκημάτων ἑστῶσαι, ἐπὶ μισθῷ παρέχουσι τοῖς βουλομένοις. Stabulum ergo, vt Varro, quòd inibi conſiſtant, vti & ſtatio, & *ſtare* rectè de lupis. Horatius: ------ *nullam niſi olenti in fornice ſtantem.* apud Senecam Controu. *Meretrix vocata es, in communi loco ſtetiſti. ſtetiſti puella in lupanari, ſtetiſti cum meretricibus.* Tertul. Lupanar, con-ſiſtorium libidinum. III. ad vxorem. *Pro-cedat de ianua laureata & lucernata, vt de no-uo conſiſtorio libidinum publicarum.* Tametſi non ſemper ſteterint meretrices; inter-dum enim ſellis inſidebant. vnde Plautus in Pœnulo:

Proſedas, ſeruilicolas, ſordidas,
Quæ tibi olant ſtabulum, ſtatum, ſellam &
ſeſſibulum merum.

Vbi vtrumque notari vides: in V.C. leg. *cellam*, haud malè. Iuuenalis Saty. III.

Et dubitas alta Chionem deducere ſella.

Comment. *Inde ſellariæ dicuntur. vnam mere-tricum à ſella ſuâ abducere cunctaris, cùm alij a-dulteri emant.* Vide Feſtum.

v. 16. Rogo, inquam, mater] ſollemne

videtur

videtur compellantibus matres ſalutare. A[...]
leius Mileſ. 1. Plautus in Rudent. alij.

v. 20. Diuinam ego putab.] Fatidicam M[...]
tial. *Non ſum diuinus, ſed ſcio quid facias.* Sen[...]
de vita beata, cap. XXVII. *Cùm aliqua per v[...]*
genibus repens vlulat, laurúmque linteatus ſe[...]
præferens clamat iratum aliquem deorum, conc[...]
ritis, & diuinum eſſe affirmatis. Apuleius lib[...]
Parce in fœminam diuinam.

v. 21. centonem anus vrbana reiecit.][...]
iniecit, quaſi velit Eucolpium induere leg[...]
timum habitum eorum, qui in lupanari, ſ[...]
licet vt intelligat ſe in fornicem deductu[...]
Nam mœchi, & ij quî luſtrabantur, obnup[...]
capite eſſe ex Suetō. in Nerone & Caligul. n[...]
tum. Capitolinus in Vero: *In tantum vitioru[...]*
Caianorum & Neronianorū fuiſſe æmulū, vt v[...]
garetur nocte per tabernas & lupanaria obte[...]
capite cucullo vulgari. C. Fortunatianus lib.[...]
Rhetor. *Inuenit filius adulterū obuoluto capi[...]*
nec eum occidit. Ex hoc ritu fortè Næuius apu[...]
Gellium. lib. VI. cap. IX. ---- *eum ſuus pater cu[...]*
pallio ab amica abduxit. Vide Iſidor. lib. XI[...]
cap. XXVI. huc reſpexit Seneca de vita beat[...]
cap. XIII. *Non timidè nec obſcurè luxuriant[...]*
etiam inoperto capite. Imò & meretrices ob[...]
nuptæ. Iuuenal. Saty. VI.

Sumere nocturnos meretrix Auguſta cucullo[...]
Sed nigrum flauo crinem abſcondente galero!
Intrauit calidum veteri centone lupanar.

Tertul. de cultu fœminarum, cap. XII. *Tha[...]*

ma[...]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

aralla, quia ſe expinxerat, idcirco Iudæ ſuſpi-
one viſa eſt quæſtui ſederet, adeò quia ſub vela-
ento latebat, habitus qualitate quæſtuariã mẽti-
ıte, &c. multa Petronij ex hoc ritu exaudi-
ıda, quæ tamen interpretes ad alia trahunt.
v. 24. nudáſque meretrices] Tacitus An-
al. lib. xv. *Scorta viſebantur nudis corporibus.*
yprianus de ſpect. cap. v i. *Per proſtitutarum*
uda corpora. Artemidorus lib. I I. ἡ δὲ ὅλη γυ-
νὴ (ἀφροδίτη) ἑταίραις καὶ μόναις ἀγαθὴ, καὶ ἐργα-
σίας σημαντική. Philemon;

ϛῆσαι πριάμενον γυναῖκας, κατὰ τόπους
κοινὰς ἅπασι, καὶ κατεσκευασμένας
ἑστᾶσι γυμναί. ---

p. 6. v. 11. cella) οἴκημα, in cuius aditu ſcor-
ı proſtabant; titulis inſcriptum. ideò Mar-
alis: *inſcripta lumina cellæ.* In Senecæ Con-
rou. lib. I. *Superpoſitus eſt cellæ tuæ titulus.*
'ertull. de Pudic. lib. I. *Sub ipſis libidinum*
tulis. Iuuenalis Satyr. v I. *Intrauit ---- cellam.*
nterpres: *non ſellam. quoniam in cellis nomina*
ieretricum ſupraſcripta erant. vnde apparet,
uid tituli appellatione notent, nimirum ſtu-
ri precium, & nomen meretricis. Seneca
b. I. Controu. *Nomen tuum pependit in fronte,*
etiſti cum meretricibus. Inſcriptionũ inſigne
xemplum in Hiſtoria Apollonij Tyrii: *Pu-*
lla proſternit ſe ad pedes: Miſerere virginitatis
neæ, ne proſtituas hoc corpꝰ ſub tã turpi titulo. Le-
o vocauit villicũ puellariũ, & ait: Ancilla exor-
etur, ſcribatur ei titulus: Quicumque Tarſiã de-
flora

florauerit, mediã librã dabit, poſteà populo pa[…]
ad ſingulos ſolidos. vide Senec.l. 1. Contro[…]
11. Πορνεῖα, ſeu, vt Plautus, luſtrales cella[…]
cuatæ erant. Iſidorus lib. x. *Fornicatrix e*[…]
ius corpus publicum. Hæ ſub arcuatis proſte[…]
bantur, quæ loca fornices dicuntur. Gloſſæ: […]
nicaria. πόρνη ἀπὸ καμάρας ἢ ἵστανται. H[…]
Martial. *monumenta*, quòd adinſtar hypo[…]
orum.lib.1.ep.xxxv.

A Chione ſaltem vel Laide diſce pudore[…]
Abſcondunt turpes hæc monumenta lu[…]

Quanquàm loca ædilem metuentia re[…]
ta & aditus obſcuri. Petron. p. 5. *ac ſubind*[…]
in locum ſecretiorem venimus. p. 6. *per anfra*[…]
obſcuriſſimos in hunc locum perduxit. Iſido[…]
lib. x. *Ganeo, luxurioſus, & tanquàm in occu*[…]
locis & ſubterraneis, quæ ganea Græci vocant.

ibid. aſſem exegerat] Iuuenal. Saty.
Excepit blanda intranteis, atque æra popoſ[…]
Seneca lib. 1. Controu. *Pretia ſtupri accep*[…]
Notandum illud Tertull. *Ipſa etiam proſtib*[…]
publicæ libidinis hoſtiæ in ſcena proferuntur loc[…]
ſtipes, elogium etiam quibus opus non eſt præ[…]
catur.

v. 14. ſatyrion] Heſychius: σατύριον π[…]
τις συνεργὸς πρὸς τὰς ἀφροδισίας ὁρμάς. Cæli[…]
Aurelianus lib. 111. *Satyriaſis eſt vehemens V*[…]
neris appetentia. Vocatur autem ab herbæ virtu[…]
quam ſatyrion vocant. Hanc enim accipientes[…]
Venerem prouocantur, cum tentigine genitaliu[…]
partium. Sed antecedẽtis iſtius paſſionis ſunt epo[…]
medi[…]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

medicamina ob vſum Venereum excitandum, quæ ſatyrica vocant, quæ ſunt acria atque incentiua, & neruis improba.

v. 15. Quaſi per caliginem] V.C. habet interiectum nomen ENCOLPIVS quaſi quæ ſequuntur ſint ex perſona Encolpij. Scal.

v. 26. Cùm ego proclamarem] Apul. *Poteras ſaltem proclamare ſuppetiatum.* Vlp. l. 4. §. Idem Diuus. ad leg. Corneliam, de ſicar. *Planè ſi ipſi, qui hanc iniuriam paſſi ſunt proclamauerint, audire eos præſes Prouinciæ debet.* Atque ta proclamare *Quiritare* dicitur, h. e. Quiritium fidem inuocare, vt Petron. p. 15. Tertull. aduersùs Valentin. cap. XIV. *Vt etiam nclamarit, quaſi Porrò Quirites aut fidem Cæris.* Lucianus: ἐπεὶ δὲ πολλάκις ὦ Καῖσαρ, ἀναβοῆσαι ἐπεθύμουν, ἢ ὠγκούμην καὶ τὸ μὲν ὦ ἐβόων, τὸ Καῖσαρ οὐκ ἐπικολούθει. Sed hæc vulgatiſſina. Inde *proquiritare legem*, promulgare verum decemuirale. Sidonius lib. VIII. ep. VI.

v. 29. Intentaui in oculos Aſcylti manus] ueron. in Cæſare, c. 14. *Strictos gladios vſque eò ntentans.* Virgil. III. Æneid. *Præſentemq́ viris ntentant omnia mortem.* Pacuuius Atalanta: *Iortem intentant, regno expellunt, conſanuineam me eſſe abdicant.* Ita L. apud Nonium bdicare.

v. 30. muliebris patientiæ ſcortum] Vide uſonij epig. CXXIII. Firmicus Aſtr. lib. 3. 7. *Patiantur quæ mulieres pati conſueuerunt, æpoſteris libidinum ardoribus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

v.31.Cuius ne ſpiritus purus] Propter f... lationem, aut oris ſtuprum, vt loquitur A... nob.l.II.Minut.Oct. *Qui medios viros lamb... libidinoſo ore, inguinib. inhæreſcunt.* Seneca ... ira,l.II.cap.8.*Raptus ad ſtupra,& ne os quid... libidini exceptum.* Petron. pag. 7. *Qui ne tu... quidem conformiter faceres, cum pura muli... pugnaſti. Non pura mulier*, eſt fellatrix.Catu... --- *puræ impura puellæ Suauia comminxit ſpu... ſaliua tuæ.*Iuuen.Sat.x. ----*quot longa viros a... ſorbeat vno Maura die.*Comm. *Hanc oſtendit ... fuiſſe impuram.*eandē innui puto à Firm.libr.... c.7.*Erit impurè libidinoſa.* Adde Martialem l... VII.epigrammate 66.

v.5.fortiter faceres] *Fortiter facere*,pugna... frequens apud Rhetores.Senec.lib.I.Declā... *Qui ter fortiter fecit, militia vacet.* probè ver... vt multa à re militari. Apul. *Præliabor fortit... & ex animo.*ergo,*fortiter facere*,ſeu,*fortiter pr... liari,* ἀφροδισιάζειν.

v.7.viridario.]Viridaria, ἄλση, loca gram... nibus arbuſtíſque conſita. Pl.l.v. ep.VI. Ma... Saturn.l.I.c.IV.in Pandectis Florentinis l.I... §.4.D.de vſufruct.virdia.L.79 §.vl.D.de ver... ſignificat.viridia.

v.25. tanquàm ſcholaſtici ad cœnam pr... miſimus]Declamatores, vt auditorum laud... bus, & probationum ſignis diſertiſſimi hab... rentur, cœnas exhibebant, aut ſportulas a... nummos dabant.v.6.*cùm fame morerer, an v... delicet audirem ſententias.* Pl. ep.XIV. libr.I...

Sequ...

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Sequuntur auditores actoribus ſimiles, conducti & redenti mancipes. conuenitur in media baſilica, vbi tam palàm ſportulæ, quàm in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede tranſitur. Inde iam non inurbanè σοφοκλεῖς *vocantur: iſdem Latinum nomen impoſitum eſt laudicæni: Heri duo nomenclatores mei ternis denariis ad audandum trahebantur: tanti conſtat, vt ſis diſertiſſimus.* vide integrum locum. Hunc morum etiam poetas tenuiſſe ex Horatio, Martiali, aliiſque notum: quò reſpexit Petronius pagina 110.

Quiſquis habet nummos, ſecura nauiget aura,
Fortunámque ſuo temperet arbitrio.
Carmina componat, declamet, concrepet omneis
Et peragat cauſſas.

Vide Iuu. Sat. VII. eò ventum, vt auditores, & locum conduxerint. Tacitus dial. de Orator.

p. 8 v. 15. 16. adiectis petulantibus dictis. Sic diuidere] *Petulantia dicta*, verba ad omne genus nequitiæ accommodata, quale illud diuidere, quod inter turpia & obſcœna. Pla. in Aul.

S T. *edixit mihi*
Vt diſpartirem obſonium hîc bifariàm.
Cog. *Me tu quidem herclè, dicam palàm, non diuides.*
S T. *Bellum & pudicum vero proſtibulũ popli.*
Poſt ſi quis vellet te, haud non velles diuidi.
Atq; ego iſtuc Anthrax aliouorſum dixeram.
Non iſtuc quod tu inſimulas.

v. 25. laciniam extremam] *Lacinia extre-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ma, eſt extimum ſeu extrema ora veſtim-
ti. Gloſſæ: *Lacinia* κράσπεδον. Idem Gloſ-
rium: *Inſtita* ἀκροζώνη. non *Iſtita*. *Fimbr*,
limbus, *inſtita* κράσπεδον. ergo hæc eade-
certè nihil aliud, quàm faſciæ veſtimen-
adſutæ ad ornatum. at inſtita licèt adſuta
ſti non ſit, rectè faſciola quæuis appella-
non autem lamina aut limbus. itaque p.
duas inſtitas ancilla protulit de ſinu, alteráque
des alligauit, in V. Gloſſ. *protulit de ſura*. qu-
indubiè rectius interpretor faſcias crurales
eſt apud Vlp. l. 25. §. 4. D. de aur. & arg. l-
Horat. *Quarum ſubſuta talos tegat inſtita*
ſte. Acro: *Inſtita dicitur* περιπόδιον, *quod ſ-*
ſubnebatur, qua matronæ vtebantur. erat en-
tenuiſſima faſciola, quæ prætextæ adiiciebat-
Sed & Gloſ. *Limbus* περιπόδιον, inſuitur en-
ea parte quæ pedes tangit. vnde Ouid.
arte amandi, l. 1. *Quæque tegit medios inſtita l-*
pedes. Iſidorus. *Limbus eſt, quam nos ornatur-*
dicimus: faſciola contexta aut ex filis, aut auro,
ſutaq́ extrinſecus in extrema parte veſtime-
Vlp. l. Veſtis. §. 2. D. de auro & arg. leg. *Inſt-*
picturæ clauique, quæ veſti inſuuntur. picturæ,
doro *ornaturæ*, hoc eſt, limbi. Sanè Lutacius
illa Statij li. VI. Theb. ---- *picto diſcingit pe-*
ra limbo, *Limbus*, inquit, *faſcia picta dicitur*
Iſidori Gloſſ. *Limbus, clauus in veſte regia*. ac
vt limbus, non tantùm quod oræ veſtis,
quod ornatus cauſſa aſſuitur, notet.
v. 27. Familiaris oculis meis] in V. exe-
pl-

lari erat, *oculis temnis.* puto:*oculis teneris.* vt *ύωπα* intelligat,& luſcitioſum; qui propteà oculos propiùs admouebat ad inſpiciendum pallium.Scalig.

p.9. v. 16. Intactis aureis] Horat.lib. 3. od. xIV.*Intactis opulentior theſauris Arabum.*

v. 21. Iure ciuili] Interdicta non ſunt iuris iuilis, ſed iuris prætorij. At Petronius prætorium ciuile ius facit, opponens ei ſcilicet us naturale vel gentium.

v. 23. Ad interdictum veniret]p.35.*Si venurum ad interdictum Herculem credidiſſet.* Ad nterdictum venire eſt, iure ordinario agere. rontinus de limitibus agrorum. *De poſſeſſione ontrouerſia eſt, de qua ad interdictum, hoc eſt, iure rdinario litigatur.*

v. 26. traducunt tempora cœna) V. C. *ſera.* ortaſſe. *ſecta.* quod valdè placet Scalig.

v. 27. vendere verba ſolent]Mart.lib. v.ep. 7.*Sollicitisque velim vendere verba reis.* Seneca n Herc.Furente:

Hic clamoſi rabioſa fori
Iurgia vendens improbus, iras
Et verba locat.

v. 29. Atque eques in cauſſa qui ſedet] Conſilium innuit. Vlp. fragm. tit. 1. *In conſiium adhibentur Romæ quinque ſenatores, & uinque equites Rom. in prouinciis viginti recuperatores.* Theoph. Gr. interpr. κονσίλιόν ἐστι συέδριον φανερῶν ἀνδρῶν. Recuperatores *quia er eos ius ſuum, quiſque recipiebat.* propriè ita-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

que p.11.*recuperato vt putabamus theſauro.* ... de Feſt.Gloſſ. δικαςὴς, *Iudex, recuperator.* Pla... Bacch. *Prætor recuperatores dedit.*

p.10.v.4.præter vnum dipondium.] Re... lectio aliorum codicum, *præter vnum, dipo... dium ſicilicum, quibus lupinos.* id eſt, dipõdiu... cum ſicilico. ita loquebantur. vel ſine dub... legendum, *præter dipondium ſicilicúmque, qui... bus lupinos.* Scaliger.

ibid. Dipondium.] Gloſſarium: *Dipondiu...* διπλοῦς χρύσινος, ἤγουν ὀβολὸς διώβολον. *I... pondius. Depundium.* διονυμμον. hinc conte... tim viliores, *dipondij.* Sen. cont. 1. libr. x. *Ita... peribunt decem iuuenes propter dipondios duos?*

v.eod. Sicel.] Gloſſæ Sicilicum οὐγκίας τ... ταρτον. D. Eucherius l. 11. Inſtruct. *Sicel, qui co... ruptè ſiclus, vnciæ pondus habet, ſcrupula dece...* Vide Voluſium Metianum.

v.6. Ne interim præda diſcederet.] Optim... codex habebat, *ne viritim.* Luxata autem ha... ſunt ſuo loco. Continuentur igitur cum ſup... rioribus ita; *quam in ambiguam litem deſcend... re, ne viritim præda diſcederet.* id eſt; ne præ... diuideretur ex euentu litis. Hæc Ill. Scal. qu... quidem certa & indubitata eſſe, quiſquis ſan... mentis fateatur oportet.

v.8. Addicere] proprium in emptionib... Sueton. in Iulio, cap. L. *Ampliſſima prælia min... mo addixit.* paſſim apud I.C. Firmicus: *Pudore... ſuum quotidianæ pecuniæ gratia lenoni addicent.*

v.17. nullo genere] nullo modo, οὐδενὶ τρόπῳ

Cice...

Cicer. ad Atticum. *Quod optimo genere facere non licuit.*

v.22. Pannuceam] Perſ. Saty. IV. *Dum ne deterius ſapiat pannucea Baucis.* Martialis lib. 11. epigramm. 47.

v.28. Aduocati iam penè nocturni.] Tacit. ſeu Quinc. de Orat. *Hinc leges aſſiduæ, hinc conciones magiſtratuum penè pernoctantium in roſtris, hinc accuſationes potentium reorum.*

p.11. v.2. in vtraque parte] L. *in vtra parte.*

v.5. Qui ſolebat & cauſſas agere] al. *& ad c.* a. al. *ad cauſſas agere.* dictum vt Propertio: *Paſtorem ad baculum.* Scal.

v.9. Veſtis inter prædones ſtrangul.] L. *veſte, is, inter pr. ſtran.* Scal.

v.26. Gytonis] Hoc nomen non eſt Græcum. Legend. *Gnython.* Γνύθων. Nam ſemper vetus exemplar habet Gniton. Scal.

v.27. Oſtium non ſatis] Videtur negatiua, *non*, abundare.

p.12. v.1. Mulier erat operto capite, quæ cum ruſtico ſteterat] p.10. *mulier aperto capite, quæ cum ruſtico ſteterat.* aut gloſſema eſt, aut leg. *operto capite.*

v.12. vna comitata virgine] Iuuen. Satyr. 6. --- *comite non amplius vna*: non prodibant ſine pediſequis. in Plauti Caſina Murrhina ait:

Sequimini comites in proximum me huc.

Myron apud Rutilium Lupum: *Ornatus eius opibus abundabat, magnus ancillarum, quæ ſequebantur, comitatus, nunc graui caſu afflicta, vix*

mediocris ancillæ dignitatem retinet. ne meret[...]ces quidem. Lucianus ἑταῖρ. διαλ. ἀλλὰ [...] ὀργᾶς, οἷα περίεισι, χρυσὸς ἐσθῆτες εὐανθεῖς, καὶ θ[...]εράπαιναι τέσσαρες.

v. 17. imber Catull. --- *triſtique imbre m[...]duêre genæ.* Seneca in Troad.

---- irrigat fletus genas
Imbérque victo ſubitus à vultu cadit.

Statius Silu. libro v. ---- *oculis vxorius inſt[...] Imber.*

v. 18. manibus inter ſe vſque ad articulo[...]rum ſtrepitum contritis] Videtur moris fu[...] iſſe, vt huiuſmodi ſignis dicturi audientiam pararent. Hieronymus ad Ruſticum: *Teſtu[...]dineo Grunnius ad dicendum incedebat gradu, & per interualla quædam vix verba carpebat. Et ta[...]men cum menſa poſita, adducto ſupercilio, contra[...]ctis naribus, duobus digitulis concrepabat. hoc ſi[...]gno ad audiendum diſcipulos prouocans.*

v. 20. aut vbi fabulas] V. C. *Aut vbi fabula[...] etiam anteceſſuras latrocinia didiciſtis.* Ita om[...]ninò leg. Scalig.

p. 13. v. 1. medicinam ſomnio petij, iuſſa[...]que ſum vos perquirere] Per quietem à dii[s] monſtrata medicina. Xiphilinus: τυφλόν τι[...] πιὰ καὶ ἕτερον οὐκ ὀρτίχειρα, προσελθόντας, οἱ ἐξ ὄψεως ὀνειράτων. ὑγιέας ἀπέφηνε. Itaque æ[-]grotantes in templo Æſculapij cubare ſole[-]bant, vbi ſomniantibus medicina indicata. Philoſtratus de vita Apollonij Tyan. lib. 1. ὑδέρῳ δὲ ἄρα εἴχετο, καὶ μέθῃ χαῖρον, αὐχμοῦ ἠμε[-]λεῖ.

λεῖ. ἠμελεῖτο δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ διὰ ταῦτα, καὶ ιδὲ ὄναρ αὐτῷ ἔφατο. Vide Plaut. in Curcul. Sc. Migrare. hinc fortaſſis apud Artemid. lib. I. ν ἱερῷ δὲ καθεύδειν, δοκεῖν, νοσοῦντι ὑγιείαν παραφρονεῖ.

v. II. Ne nocturnas religiones iocum riúmque fac.] Gręciſmus: ὕθλον ἢ παιδίαν. Porò connecte his Horatiana:

Inultus vt tu riſeris Cocytia
Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis. Illuſt. Scal.

v. 13. quæ mille vix homines nouerunt] reſcribo: *quæ myſtæ vix omnes norunt*. Nam licèt nitiati, non tamen ſimul omnia ſacra tradeantur, nec arcana promiſcuè omnibus paebant, ſed reducta, & in intimo ſacrario lauſa. Seneca Natur. Quæſt. lib. VII. c. XXII. *Non ſemel quædam ſacra tradũtur. Eleuna ſeruat, quod oſtendat reuiſentibus.* Tertull. duersùs Valentin. cap. I. *Nam & illa Eleunia, hæreſis & ipſa Atticæ ſuperſtitionis, quod acẽt pudor eſt. Idcirco & aditum priùs cruciant, iutiùs initiant, quàm conſignant, cùm & portas nte quinquennium inſtituunt, vt opinionem ſuendio cognitionis ædificent.* Quæ ſanè vel doctiſſimos non intelligere arbitror, niſi L. *cùm poptas ante q. inſt.* ita omninò Tertull. ſcripſſe cõtendã. Hoc tu me docuiſti Ill. I. Scal. ui per incomparabilem eruditionem faciùs ad quæuis è re nata reſpondes, quàm nos nterrogamus. Quid autem ἐποπτεία, & ἐποπτικὰ in ſacris, neminem ignorare puto.

v.26.deſcendentes ab aure capillos] πα-
πίδας.Pollux lib. 11. Varro παπιάπαππω,
ἐγκωμίων: *Ante aures modò ex ſubolibus par-*
intorti dimittebantur. Hieronymus de vit-
ſuſpecto contubernio : *Capilli vel in front-*
vel in aures defluunt. Sidonius ep.lib.1. *Aur-*
legulæ, ſicut mos eſt gẽtis, crinium ſuperiacent-
flagellis operiuntur. Legulæ vel *Ligulæ auri-*
ſunt quæ Arnobio *lamnæ*. lib. 11. *laminas p-*
tunderent aurium. Gloſſar. λοβὸς ὠτὸς *Lam-*

v.27. tentata manu] L. *lentata manu*, id
γναμπτῇ. Scal.

p. 14. v. 20. frigidior hyeme Gallica] T-
illud Theocriti:

Πᾶσαν μὲν ἐψύχθην χίονος πλέον.---

Eunapius : αὐτοποδὴς τρυφῆς προσκοσίαν ἐπὶ
τοὺς Γαλατικοὺς χειμῶνας.

v.25. præcincti certè altiùs eramus] Pa-
ti ad pugnam. Seruius ad Virg. IX. Æ. *diſc-*
ctos Afros. Diſcinctos, inhabiles militiæ. nam o-
nes qui militant cincti ſunt. Feſt. Iſidor. Ho-
tius : *Altiùs ac nos præcinctis.* hoc eſt, expe-
tioribus. Rufinus : *Militiæ cingulum non da-*
niſi immolantibus iuſſit. h. e. ius militandi: na-
apud Herodianum lib. XXI. vbi milites exa-
ctoratione puniuntur, στρατιώταις κελεύω ἀπ-
ζῶσαί τε ὑμᾶς, & paſſim apud eundẽ; ἀπέζωσ-
exauctorauit. Hieronymus epitaph. Nepo-
Quòd alteri militauerit & ad hoc habuerit ci-
gulum ut miſeris ſubueniret. Sanè & Græci
ἄζωνος, ſtrenus &, ἐνδῦναι τὰ ὅπλα οἱ παλαι
ἐκάλουν, ζώσασθαι.

v.26

v. 26. paria compoſueram] propriè de gladiatoribus. Horat. lib. I. Sat. VII.

---- Bruto prætore tenente
Ditẽ Aſiam. Rupili: & Perſi par pugnat, vti nõ
Compoſitus melius cum Bitho Bacchius. ----

Minut. Felix: *Hic eorum paria compoſuit.* Sene-a lib. VII. Contr. I. *Componis in domo par.*

p. 15. v. 7. ſollicitauit inguina mea] Mar. *--inguina ſaltem Parce fututrici ſollicitare manu.* Ouidius III. Amor. *molliter admota ſollicitare manu.* Horatius lib. IV. od. 13. *--- Cupidiiem lentum ſollicitas.*

v. 17. & appoſui quidem adoleſ.] L. *& Appoſui quidem, adoleſcens: Solus tamen medicamenum ebibiſti.* Sine dubio vera lectio. *Appoſui* inuit, *potionem, quam tu totam obduxiſti.*

v. 26. acu comatoria] Apul. *Acus crinalis*, lib. III. Mil. *Acu crinali de capite prompta.* Mariano Capell. *crinalis ſpica.* Varij vſus hæ aciulæ: nam acu caput ſcalpebant. Feſtus *Cnanas, acus qua mulieres ſcalpunt caput.* Acu rines fingebant, quæ καλαμὶς. Iuuenalis aty. III.

Ille ſupercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu, pingitque trementeis
Attollens oculos ---

ide Ouid. Amor, lib. I. Eleg. 14. In Iſidori loſſis: *Acus, calamiſtratorium.* Xiphilinus: ελόνη, ἣ τὰς τρίχας αὔξειν. Martialis lib. VI. pig. 66.

Vnus de toto peccauerat orbe comarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Annulus incerta non bene fixus acu.

Iſidorus lib. XIX. *Acus ſunt quibus in fœm*
ornandorum crinium compago retinetur, ne lax
fluant, Lucill. *diſcerniculum*. Tertull. *Cedo ac*
crinibus diſtinguendis. Hieronymus aduer
Rufinum: *Fecerunt hoc & Fuluia in Ciceron*
& Herodias in Ioannem, quia veritatem non
terat audire, & linguam veriloquam acu diſ
minali confodiebant. ergo acum diſcriminal
innuit Xiphilinus, qui de eadem Fuluia
ταῖς βελόναις, αἷς ἐς τὴν κεφαλὴν ἐχρῆτο, κα
κέντησε. Acus illas gemmis ornabant. Vlp. l.
gumento. §. ornamenta. D. de aur. & arg. leg

p. 16. v. 2. gauſapila] Gloſſarium: Gauſa
βαρβαρικὸν πυλλίον. Martial. *mappa. Nobil*
villoſa tegant tibi gauſapa citrum. Horat. Sat.
2. *Gauſape purpureo menſam perterſit*. Sed h
pueri norunt.

ibid. cingulóque ſuccinctus] Seneca
breui. vitæ, cap. XII. *Quam diligenter exole*
rum ſuorum tunicas ſuccingunt.

v. 10. legitimo perfuſos oleo refecerunt]
lecyti. *L. lecythino perfuſos oleo*, id eſt, balnea
λήκυθος vas olearium. Gloſſ. Iſidor. *Lecyth*
ampulla olearia. Scholiaſtes Theocriti: ὀλπ
ἴσως τὴν λήκυθον, τὴν ἔχουσαν τὸ ἔλαιον ᾧ ἐχρῶ
ἐν ταῖς παλαίστραις.



Lecythi iſtæc forma. Hac figura in veteribus monumentis & lapidibus conſpici, indicium fecit illuſtr. Scaliger. Quod oleo

vnd

vnƈti dimicaturi, Scholiaſtes Theocriti: λιπαρὰν δὲ λέγει παλαίστραν, ἐπεὶ οἱ παλαίοντες, ἐλαίῳ πρότερον ἠλείφοντο, εἶτα ἐπάλαιον. Huius moris ratio apud Clement. Alex. Pædag. li. II. cap. II. Καὶ τὸ ἔλαιον αὐτὸ ταῖς μελίτταις, καὶ τοῖς ἐντόμοις ἐστὶ πολέμιον ζώοις: ἀνθρώπων δὲ τοὺς μὲν ὤνησεν ἔστι δὲ οὓς εἰς μάχην ἐξεκαλέσατο, καὶ τοὺς πρότερον φίλους ἀλληλιμμένους τοῦτο ἐν τοῖς σταδίοις ἐκτρέπει εἰς τὸ τῆς ἀγωνίας πάμμαχον. Seruius ineditus ex Annalib. citat. *Confricati oleo, ientati, paratique ad arma*, quod Liui. *pranſi, paratiq; ad pugnam.* Nam pugnaturi cibis vires excitabant. Petron. p. 33. *Ne infirmitas militiam perderet, largioribus cibis excito vires.* Pollio Gallien. *Militare prandium, quod dictum ab eo, quòd milites ad bellum paret.* Iuu. Sat. XI. *Sic veniunt ad miſcellania ludi.* Comment. *Miſcellania cibus gladiatorum, id eſt, vltima cœna.*

v. 15. guſtatione mirifica] Porphyrio ad illud Hor. lib. II. Sat. XI. *Ab ouo vſque ad mala. Ab initio cœnæ ad finem. Ouum enim hodiè initium cœnæ, quippe cùm in guſtu ſtatim à balneis offeratur.* Apul. lib. IX. *Vt primum antecurſoriam potionem, & inchoatum guſtum extremis labiis contigerat. antecurſoria potio*, vt Ammianus libr. XXII. *libamẽta præcurſoria.* eſt autem πρόπομα. Athen. lib. II. πρόπομα τι πρὸ τοῦ δείπνου περιφέρετο, καθὼς ἐνώθει τὸ πρῶτον.

v. 20. Priapi genio peruigilium deberi] Peruigiliis deos colebant. Plautus in Curcul. *Veneri peruigilare vouiſti.* in Aulul. *Qui illam ſtu-*

prauit

prauit noctu Veneris peruigiliis. Gell.lib.11.ca 23. *In peruigilio vitiata eſt.* Suet. in Calig. ca 1v. Arnobius lib.v.

v. 29. iacebant) Varro apud Seruium inc ditum: *In lecto temulentos iacere, ebrios cuba conſueſcere.*

p. 17. v. 3. dúmque inter argentum auic rixantur] id eſt, inter argentea vaſa. Hora *Hunc capit argenti ſplendor.* Interp. *argente vaſa delectant.* Cicero in Verrem 1v. *Exponi multum argentum, non pauca pocula ex auro.* Auctor Rhet. ad Herenn. lib. 1v. l. Quæſitum. § 28. D. de inſt. vel inſt. leg.

v. 5. cecidit etiam menſa cum argento] Menſæ, quæ abaci, poſitæ, in quibus omnis generis, præclaríque artificij vaſa, aurea, argentea, cryſtallina expoſita, ad vſum ſimul & ſplendorem. Lucianus Lexiph. ποτήρια δ' εἶχεν παντοῖα ἐπὶ τῆς δελφινίδος τραπέζης, &c. Sidonius ep. lib. 1. *Non ibi impolitam congeriem liuentis argenti menſis ſedētibus ſuſpirioſus miniſter imponit.* Quæ in Ms. ita leg. *Non ibi politam c. l. a. m. cedentibus.* Hæ menſæ *delphica* dicebantur. Martialis l. x11. ep. 69.

Aurum atque argentum non ſimplex delphica portat. Gloſſæ: *Abaci, delphica,* μλωιςτέριον ὡς Ἰουβενάλιος. In iiſdē alibi: *Deluca* μλωιςτέριον. L. *Delphica.* Iuuenalis ſaty. 111. ---- *vrceoli ſex Ornamentum abaci.* Comment. *Quod nos delphicam dicimus.* Horatius: ---- *& lapis albus,*

Pocula

Pocula cum cyathis duo ſuſtinet. Acro: *Lapis albus, menſa marmorea, quam nos delphicam dicimus.* Paul. lib. III. Sent. §. inſtructa domo. t. de vſufr. leg. Procopius: ἐν παλατίῳ τῷ ἐπὶ ῥώμης, ἔνθα συνέβαινε σιβάδας τὰς βασιλέως εἶναι, τρίπους ἐκ παλαιοῦ εἱστήκει, ἐφ' οὗ δὴ τὰς κύλικας οἱ βασιλέως οἰνοχόοι ἐτίθεντο. Δέλφικα δὲ τὸν τρίποδα καλοῦσι ῥωμαῖοι, ἐπεὶ πρῶτον ἐν δελφοῖς γέγονε. Quem locum ſuggeſſit mihi Ill. Scaliger, vir per omnia diis, quàm hominibus ſimilior.

v. 14. Tricliniarches] διαιτάριοι.

V. inſcriptio: M. VLFIO. AVG. LIB. DIVI. TRAIANI. AVG. A. POTIONE. ITEM. A. LACVNA. TRICLINIARCH.

v. 16. pueri deterſis oculis red. ad miniſt.] Apul. lib. II. Mil. *Perfrictis oculis, & obarmatis ad vigilias.* Cleomedes lib. II. ἔστι ὅτε καὶ τὰ ὄμματα ἐντριβόμενος.

v. 21. Intrat cinædus homo omnium inſ.] Clemẽs Pæd. lib. II. ἀνδρογύνων συνουσίαις ἥδονται παρεισρέουσιν δὲ ἔνδον κιναίδων ὄχλοι ἀθυρόγλωσσοι. μιαροὶ δὲ τὰ φθέγματα, εἰς ὑπουργίας ἀκολάστους ἐνδρώμενοι, μοιχείας διάκονοι, κιχλίζοντες καὶ ψιθυρίζοντες, καὶ τὸ πορνικὸν ἀναιδῶν, εἰς ἀσέλγειαν διὰ ῥινῶν ἐπιψοφοῦντες ἐπικιναίδισμα, ἀκόλαστοι ῥήμασι καὶ σχήμασι τέρπειν πειρώμενοι, καὶ εἰς γέλωτας ἐκκαλούμενοι πορνείας πρόδρομον, &c. Quæ mirificè hæc Petronij illuſtrant.

v. 23. qui vt infractis manibus congemuit]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Scio hoc trahi ad habitum componẽtium ad dicendum, quanquàm in conuiuiis digi crepantes luſerint. Lucianus Lexiph. ὁ μὲν ἐπὶ τὴν κατήλιφα ἀναῤῥιχησάμενος ἐπιφόρημ ἐζήτει, ὁ δὲ ληκίνδα ἔπαιζεν. ἄλλος ἐῤῥικνοῦτο σ γέλωτι τὴν ὀσφῦν. Quid innuat *τὸ congemuit*, Clement. verbis hauriendum.

v. 24. eiuſmodi carmina effudit] Introdu cebant cinædos aut alia mancipia huic ope ri deſtinata, qui laſciuis carminibus impudi co corporis motu, Venerem excitarent, au pſaltrias, quæ numeris obſcœnis motibus re ſpondebant. Arnobius lib. 11. *Vt ſymphonica agerent & fiſtulatorias artes, cantionibus vt præ rent obſcœnis numeroſiter, & ſcabillorum concre pationibus ſonoris, quibus animarum alia laſciui ens multitudo incõpoſitos corporum diſſoluerent in motus, & ad vltimum clunibus & coxẽdicibu ſubleuatis lumborum criſpitudine fluctuaret.* Se hæc propriè de laſciuia mimorum. Iuuen Sat. xi.

----- vt Gaditana canoro
Incipiant prurire choro, plauſúque probatæ
Ad terram tremulo diſcendant clune puellæ
Irritamentum Veneris languentis.

v. 25. ſpatalo cinædi] Gloſſæ: *Delicatus.* σπάταλος, ἀπὸ τοῦ σπαθᾶν, vnde & ſpathalium. Tertull. *manus ſpathalio circumdari ſolita ſpatalocinædi.* qua licentia Lucill. *machocinædi.*

v. 27. clune agili.] Arnobius lib. 11. *Laſciuia deinde luxuriantis adſumpta, huc atque illuc clunes*

clunes torquet.Iuuen.Sat.II.*Et de virtute locu-*
ti Clunem agitant. Comm. *Ad pa-*
tiendum ſtuprum.

v.28. Molles] Gloſſæ. *Mollis effœminatus, aut qui barbam non habet.*Iuuen.Sat.6. *Medullina criſſantis.*Interp.*Criſſare mulierum, ceuere virorum eſt. Hinc Ceuetes molles, & obſcœni vocantur.*Tertull.aduerſ.Valent.c.xv.*Et Salmacis inde ſe ſoluerit, quæ maſculos molles facit.* Vitruu. lib.II.cap. VIII. *Salmacidis fons putatur Venereo morbo implicare eos, qui ex eo biberunt, &c. Non enim molles & impudicos ex ea fieri aqua.*

ibid.Veteres]Exoleti.Vide Lamprid.in Heliogab.

v.30.baſio conſpuit]Lucret.lib.v. *Adfigunt auidè corpus, iungúntque ſaliuas Oris.*

p.18. v.2. Perflueb. per frontem ſudantis acaciæ riui]Eubulus apud Athen.lib.XIII.

Μὰ Δί' οὐχὶ περιπεπλασμέναι ψιμυθίοις,
οὐδ' ὥσπερ ὑμεῖς συκαμίνῳ τὰς γνάθους κε-
χριμέναι,
Κἂν ἐξίητε τοῦ θέρους, ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ὑδρορ-
ρόαι
δύο ῥέουσι μέλανος, ἐκ δὲ τῶν γνάθων
ἱδρὼς ἐπὶ τὸν τράχηλον ἄλοκα μιλτώδη ποιεῖ.

Vide Xenophont.Oeconom.

v.3. tantum erat cretæ.] Mulieres terra Chia ſe incruſtabant.Plin.lib.35.c.16.

v.4. detectum parietem] tectorio ſolutum. Quod fit cùm nimbo perpluit. *Tecto-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ria, κονιάματα, τῶν τειχῶν παρὰ χείματα
eſt,fiebat calce macerata. Vitruu.lib. VI. c
II.III. Plin. lib.XXXVI. cap. XXIV. At tec
rum etiam parietes incruſtare,imò quodc
que ad politionem perficere. Vitruu.l.VI.c.
IX. Vl.l. Si ſeruus. D. ad leg. Aquil. hoc o
albarium dicitur. Vitruu. l. 5. c. x. Pallad
l.1.c.XIV. *& album opus*. Vitruu.l.8.c.3. κονι
ται, *Albini*.l. Architecti. C. de exc. artif.
albarij tectores. Tertull. *Scit albarius tector*
tecta ſarcire, & tectoria inducere, & ciſtern
liare, & cymatia diſtendere, & multa alia orn
menta parietibus incruſtare. Fortè L. *ciſtern*
litare. niſi quod in Apicij lib. V. c. 1. *permiſ*
& lias, vt quaſi ſuccus videatur. κυμάτια ve
αἱ ὑπεροχαὶ παρὰ τέκτοσι καὶ λιθοποιοῖς,
Heſychius.

v.9. Vrbanitatis vernulæ] L. *vernilia*. Ve
nilius,vernilis,vulgarius,vulgaris.Scal.

v. 26. in promulſide libidinis militabi
Apul. lib. II. Mil. *Gladiatoria Veneris antec*
nia. Seneca Controu. *pararium libidinis*.

p.19. v. 1. deuirginetur]Gloſſæ: *Deuirgin*
re, διαπαρθενεύειν. Hyginus Mytholog. *M*
deam noctu in antro deuirginauit. Paul.l. vlt.I
de offi. præſid. Laberius *depudicauit*. Gel
lib.XVI.cap.VII. Pollux lib. III. τὸ δὲ παρθ
νίας ἀφελέσθαι διακορῆσαι λέγουσιν, καὶ διαπαρθε
νεύσαι Ἡρόδοτος εἶπε. Homerus Il.λ. λῦσε δὲ παρ
θενίην ζώνην. Gloſſæ αὐτὶ τοῦ διεπαρθένευσεν. op
timè. nam zonam qua præcincta noua nupt
ſolu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſoluebat maritus. Catull. Feſt. Varro apud Auguſt. *Virgini uxori zona ſoluitur.* Plutarch. ἔλυε τὴν ζώνην ὁ νυμφαῖος. quod Theocrit. Idyll. x. λῦσε μίτρην. vt Muſęus:- ὁδ᾽ αὐτίκα λύσατο μίτρην. Interpres Hiſtoriæ, quæ Apolon. Tyrio contigerunt, vertit; *nodum virginitatis ſoluit.*

v. 2. producta eſt puella] p. 94. *rogaui vt in platanona produceret dominam.* Iuuenalis Satyra VI. *Filiolam turpi vetulæ producere.* Comm. *Producere meretricem.* hinc *productor*, προαγωγός. Gloſſ. προαγωγός, πορνοβοσκός, *Lenocinator.* Aſconius in III. contra Verr. *Lenones ſunt ſcortorum, perductores etiam inuitarum perſonarum, & in quibus ſtupra exercita legibus vindicantur.* Tertull. Apolog. cap. XLIII. *Lenones, perductores, aquarioli.* Itaque perductores, aut productores dicas rectum eſt, nam *per* & *pro*, vt Græci περὶ & παρὰ, vtuntur.

v. 12. cùm primùm virum paſſa ſum] Tertull. exhort. ad caſtit. cap. XIII. *Inuita alium virum paſſa eſt.*

v. 21. conſurrexi ad officium nuptiale] Frequens huic rei verbum. Suetonius in Calig. cap. XXV. *Liuiam Oreſtillam* L. *Piſoni nubentem cùm ad officium & ipſe veniſſet, ad ſe deduci imperauit.* Apull. VI. Metam. *Specioſus adoleſcens officio frequenti cognatorum ſtipatus, ædibus publicis nuptias parabat.*

v. 23. inuoluerat flammeo] Scholiaſtes Iuuenalis Saty. VI. *Flammeum genus amicli, quo ſe cooperiũt mulieres die nuptiarum. Eſt enim*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſanguineum propter ruborem cuſtodiendum. T
tull. aduerſus Valentin. cap. XXXVI. Feſt
Plinius, lib. XXI. cap. IX. Gloſſæ: *Flamme*
mauorta virginale. Maforte poſterior æ
quoduis operimentum capitum mulieru
vocat. Gloſſæ Iſidori: *Mauorte operiment*
capitis muliebris. In geſtis Collat. Cęcilij & I
lic. *Tunicæ muliebres* XXCII. *mafortea* XXXVII
Nonius: *Ricinium, quod nunc mafurtiũ dicim*

ibid. Embaſicœtas præferebat facem] P
nius lib. XVI. cap. 18. Apuleius l. IX. Mileſi
rum. *Faces nuptiales ſuos illuminarunt thalam*
lib. X. *Velut nuptiales epulas obitura domi*
prælucebant facibus. Seneca libro VII. Contr
uerſia VI. *Cum infelici face ad dotalem ſuum n*
ua nupta deduceretur. Heliodorus libro II.
δαΐδες, αἳ τὸ γαμήλιον ἐκλάμψασαι φῶς, &c. F
ces præferebant patrimi pueri, qui ἀμφιθα-
λεῖς, hoc eſt, intepr. Zoſimo hiſtor. lib. I
ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντες περιόντας. vti & S
bylla apud eundem, & Heſychius. Sed apu
Græcos nubentium matres. Apollonius A
gonaut. lib. IV.

----- αὐτὴ δὲ σέλας χείρεσσιν ἀνέσχεν
νυμφίδιον, κείνης ἀγανόφρονος εἵνεκα τιμῆς.

Scholiaſtes: ὅτι τὸ παλαιὸν τὰς μητέρας τῶν γα
μούντων ἐν τοῖς γάμοις δᾳδουχεῖν, ἔθος ἦν, καὶ Εὐ
ριπίδης ἐν Φοινίσσαις φησίν: Ἐγὼ δὲ οὔτε σοι πυρὸ
ἀνῆψα φῶς νόμιμον ἐν γάμοις, ὡς πρέπει μητέ
μακαρείᾳ. Plutarchus Quæſt. Roma. XX. au-
ctor quinque faces præferri ſolitas. reperio
tamen

tamen nonnunquàm quatuor adhibitas. Lapis Patauinus:

COS. AVG. PVBL. CLAVD. QVAES. ABR. ANTONINAM. VOLVMNIAM. VIRGINEM. VOLENT. AVSPI. E. PARENT. SVIS COEMIT. ET. IIII. FAC. IN. DO. DVXIT.

v. 25. longum agmen plaudentes fecerant] Artemid. lib. II. καὶ γὰρ τὰ αὐτὰ ἀμφοτέροις συμβαίνει, τῷ τε γαμοῦντι καὶ ἀποθνήσκοντι, οἷον παραπομπὴ φίλων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν. Hieronymus ad Demetriadem: *Quam habitura pronubam, quo deducenda comitatu? Stridor Punicæ linguæ procacia tibi Feſcennina cantabit.*

ibid. thalamúmque] Scholiaſtes Pindari: θάλαμος κυρίως ἐστὶν οἶκος, ἐν ᾧ κατακλείονται αἱ νυμφευόμεναι. Lucianus Æthiop. θάλαμός ἐστι παστάς, καὶ κλίνη νυμφική. Ambroſius. lib. de Viduis: *Cum accenſis funalibus nox ducitur, nónne pompæ funebris exequias magis putat, quã thalamum præparari?* θάλαμος Latinis lectus Genialis. Seneca lib. VI. Controu. VI. *Verſæ ſunt in exequias nuptiæ, genialisque lectus mutatus in funebrem.* Iuuenalis Satyra X.

---- *Sedet illa parato Flãmeolo, Tyriúſque palàm Genialis in herbis Sternitur.* Struebatur autem in atrio exaduerſum ianuæ, vnde *lectus aduerſus* Propertio, hinc quæ ſternunt thorum *Ianitrices*, Græcis θαλαμηπόλοι [sic: θαλαμοδότειραι]. Pollux lib. III. Gloſſæ: *Ianitrices* δύο ἀδελφῶν γυναῖκες σύννυμφοι. probè verò. nam horum munus

ſterne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſternere lectum genialem. Non auſcul[illegible]
doro lib.IX.*Duorum inter ſe fratrum vxore[illegible]
nitrices vocantur, quaſi eandem ianuam tere[illegible]
vel per eandem ianuam iter habentes. quod [illegible]
ridiculum.

v.26.inceſta exornauerant veſte]Ill.Sca[illegible]
ingeſta. Lucanus:*Stat thorus, & picto veſte[illegible]*
ſcriminat auro. Arnob.lib.II. *Cùm in matri[illegible]*
nium conuenitis, toga ſternitis lectulos.

v.31.Itaque,cùm incluſi iacerent]Nup[illegible]
facientes includebantur, vt reſtinctus om[illegible]
pudor, quem fortè præſentia aliorum incu[illegible]
ret. Apul.lib.x. *Nec dominæ voluptates diut[illegible]*
ſuæ præſentia morati, clauſis cubiculi foribus [illegible]
Vocatur & altarium. Gloſſæ, Altarium ἐπιβωμίς. Auſon. Ephem.

Foculúmque viui ceſpitis

Vani

Vanis relinquo altaribus.

Nam & foci ἐσχάρας, vt Gloſſæ exponunt. Ouid. l. 4. Metam. - - *focos totidem de ceſpite ponit.* Stat. 4. Theb. *ara profunda Erigitur Cereri.* Lutacius: *Tria ſunt in ſacrificiis loca per quæ piationem facimus. Scrobiculo facto inferis aris tribus ſacrificamus, cœleſtibus, extructis focis, vnde etiam nominata ſunt altaria, ad quæ ſacrificantes manus porrigimus in altum* L. *Scrob. f. inferis, aris terreſtribus ſacrificamus, cœlitibus e. f.* hæc vera eſt lectio, quam nos eruimus. Feſtus: *Altaria ab altitudine dicta ſunt; quòd antiqui diis ſuperis in ædificiis à terra exaltatis ſacra faciebant, diis terreſtribus in terra, diis infernalibus in effoſſa terra.* Sanè hoc veteres ſollicitè ſeruaſſe ex Homero apparet. Heliod. lib. 9. Lucian. Necyomant. Apul. Mil. lib. 1. *Deuotionibus ſepulcralibus in ſcrobem procuratis.* l. 12. de Pag. ſacrif. C. Theod. *Redimita vitis arbore vel erecta effoſſis ara ceſpitibus.* Iuuen. Sat. 12. Horat. Sat. lib. 1. Satyra. 8.

v. 23. camella lignea] Sacrificiis lignea vaſa adhibita, vel hinc lucet, tum quod Feſtus: *Patellæ vaſa picata ſacrificiis apta.* Frequens vſus vaſorum Samiorum in ſacris. Plaut. in Capt. at ea non tantùm operis figlini, ſed lignea. Cic. ad Q. Fr.

v. 25. quadrato pallio] Tertul. de pall. c. 1. *Nec iã calcato radiab. marm. terra.*] Senec. epiſt. 16. *Vt terram marmorib. abſcondas, nec tantùm habere tibi liceat, ſed calcare diuitias.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

p.109.v.14.Hinc molli ſtilla latus]Non l
bet meminiſſe quid alij dixêre. reſtituo c
veſtigiis veteris ſcripturæ:*Hinc mollis ſtillæ l*
*cus.*Varro 4.de ling.Lat.*Lacus , lacuna magn*
*vbi aqua contineri poteſt.*Gloſſæ: λακκός, *lacun*
*lacus,ciſterna.*hinc *laccarij* , λακκόποιοι , qui i
iiſdem Gloſ.*lacunarij.*Innuit Petr.priſca ætat
non foſſis inducta fuiſſe maria,nec tantis im
penſis piſcinas habuiſſe,ſed contentos lacuna
qualem ſtillæ confluuia fecerant. Incredibil
quanta luxuria piſcinas habuerint, quem lu
xum feſtiuè increpat Seneca lib.2.Controu.1

v.16. At paries circa pal.ſat.inani] Vereo
ne fruſtra ſint, qui hîc ſubtile acumen exer
cent.Vitruuius lib.2.c.1.vbi de priſcorum ho
minum vita:*Furcis erectis,& virgultis interpo-*
ſitis , luto parietes texuerunt. Alij luteas gleba
arefacientes,ſtruebant parietes,materia eos iugu-
mentantes, vitandóque imbres & æſtus, tegeban
*arundinibus & fronde.*Plin.l.35.c.14. *Illini qui-*
dem crates parietum luto,& lateribus crudis ex-
ſtrui quis ignorat? Seneca epiſt.XCII. *Virgeam*
cratem texuerunt manu, & vili obliuerunt luto.

v.17. clauus numerabat agreſtis] Si rectè
aduertas,proba etiam hæc lectio.In V.C.*Cla-*
uis numer. agr.

v.18.Et viridi iunco gr.p.ar.] Priſca ætate
tecta arundinea aut ſtraminea.Seneca:*Stipula*
aliiſq; ſylueſtribus,operuêre faſtigium,& pluuiis
per deuexa labentibus , hyemem tranſiêre ſecuri.
*Pendebat.*Seneca ep.91. *Vt lacunaria penderent.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

p.110.v.9.tres anſeres ſacri] p.111.*Occidiſti Priapi delicias, anſerem omnibus matronis acceptiſſimum.* Laudo, quæ alij curioſè indagarunt his interpr. ſed fallor, aut nouam facem præfero ex Artemid. lib.4. γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα, ἔδοξε χῆνα τετοκέναι. ἐπείθη, εἰ μὲν ἱερέως εἴη ἡ γυνὴ, τὸ τεχθὲν ζήσει· ἱεροὶ γὰρ οἱ χῆνες, καὶ ἐν ναοῖς ἀνατρεφόμενοι. εἰ δὲ μὲν θῆλυ εἴη, ζήσειν μὲν, ἐπιεικῶς δὲ χρήσεσθαι βίῳ, διὰ τὸ περικαλλὲς τῶν χηνῶν.

v. 14. vincula calceamentorum.] Faſciæ, quibus in calceatu vtebantur. Plin.lib.9.c.57. Pollux libro 2. Menander apud Theodoretum Serm.6.

ὑποδούμενος τὸν ἱμάντα τῆς δεξιᾶς
ἐμβάδος διέρρηξε.----

Plutarch. συμποσ. προβλήμ. διαλῦσαι τῶν ὑποδημάτων τοὺς ἱμάντας.

p.111.v.12. tribus, niſi potionibus è lege ſiccatis.] Horat.l.2.Sat. *Siccat inæqualeis calices conuiua, ſolutus Legibus inſanis.* Plutarch. Symp. probl.lib.3.quæſt.9. οἱ περὶ τὸν Διόνυσον ἁρμονικοὶ τρεῖς κατεῖδον οἴνου συμφωνίας πρὸς ὕδωρ διὰ πέντε, καὶ διὰ τριῶν, καὶ διὰ τεσσάρων, οὕτω μὲν λέγοντες καὶ ᾄδοντες, πέντε πινεῖν ἢ τρία, ἢ μὴ τέσσαρα, &c. Heſych. τρίτος κρατὴρ σοφοκλῆς ναυπλίῳ καταπλέοντι, ἐν ταῖς συνουσίαις ἐκιρνῶντο κρατῆρες τρεῖς, καὶ τὸν μὲν πρῶτον διὸς ὀλυμπίου καὶ θεῶν ὀλυμπίων, ἔλεγον τὸν δὲ δεύτερον, ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον σωτῆρος. ex his claret cur Auſonius hāc bibendi legem myſticam dixerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

v.24. At illa complosis manibus. Comple dere manus ſolent, quos ira poſſidet. Senec de Ira. l. 1. c. 1. *Articulorum ſeipſos torquentiu ſonitus, comploſæ ſæpius manus, & pulſata hum pedibus.*

p. 112. v. 11. expiare manus pret. licet, etiã homic. feciſſ.] Tertull. c. v. de Baptiſmo. *Pen veteres quiſquis ſe homicidio infecerat, purgatri ce aqua ſe expiabat.* Seneca in Herc. fur. *Et tot Thetis per meas currat manus, Hærebit altu facinus* --vide, ſi tanti, quæ pag. 345.

v. 10. Quiſquis habet nummos] Horat. lib 2. Satyr. --- *omnis enim res,*

Virtus, fama, decus diuina humanaq; pulchr
Diuitiis parent: quas qui conſtruxerit, ille
Clarus erit, fortis, iuſtus, ſapiénſve etiã, & rex
Et quicquid volet.--

p. 113. v. 9. extraxit iecur] Notiſſimum, e iecoris forma diuinaſſe. Iuuen. Sat. v. Plin. l. x c. 22. Apul. Mil. 2. Cicero 1. de diuina.

v. 16. ſcorteum faſcinum] φαλλὸν. Suidas φαλλοί. μόρια δερμάτινα. αἰδοῖον σκύτινον. ὑστε-ρόν δὲ ἐκ δερμάτων ἐρυθρῶν.

v. 17. vrticæ] Iuuen. Sat. xi. *Irritamentun Veneris languentis, & acres Diuitis vrticæ*--- hinc Sat. 2. *Hæc tetigit Gradiue tuos vrtica nepotes*, id eſt, hæc prurigo.

p. 114. v. 11. Quòd verberatus ſum, neſcio] Ouid. 2. de arte amandi: *Nec maledicta puta nec verbera ferre puellæ Turpe* --

v. 14. frequẽti tractatione] Mart. l. xi. c. 30

p. 115. v. 3. Teneo te, inquit, qualem ſperaueram] Totidem propè verbis Heliodor. προσδραμοῦσα τε τῷ Θεαγένει, τοῦ αὐχένος ἐξηρτῆτο, καὶ ἤ μὴν, ἔχω σε Θεάγενες. Apul. Mil. libr. 8. *Charitem non tenebis, non frueris nuptiis.* l. 2. *Nequeunti tenere Fotidem.*

v. 4. Tu deſiderium, tu voluptas.] D. Hieron. ad Nepotianum: *Mel meum, lumen meum, meum deſiderium, omnes delicias & lepôres, & riſu digna vrbanitates, & cæteras ineptias amatorum, in comœdiis erubeſcimus, in ſeculi hominibus deteſtamur.*

v. 16. anus floris exſtincti] Apul. Apol. *Noua nupta flore exoleto.* Philo Iud. ἀπομαρανθείσης ὥσπερ τινῶν ἀνθῶν τῆς ἀκμῆς.

p. 116. v. 2. Pigiciaca] Πυγησιακά.

v. 18. oſcillatione ludeb.] Seru. ad Virg. Georg. 2. *Erat autem luſus, quo impoſiti, tranſuerſo tigno de arbore ſuſpenſo, alternis ſe mutuò ſubmittebant.* hinc Tertull. de Pall. *oſcillum penduli impetus.* Græcis αἰώρα. Heſych. Hyginus Mytholog. c. cxxx.

v. 21. ſororis ſuæ automata] Automata ſunt confixa, aut confixiles machinæ, vt Apul. quæ ſua ſponte mouentur. vel, vt Seneca, tabulata per ſe ſurgentia. Dioni ἴκρια. Petron. hunc motum puellæ automata indigitat, quia dum eam mercenarius commouendo ſubleuat, αὐτομάτως, h. e. ſua ſponte & per ſe videtur ſurgere. Sanè αὐτόματα, quæcunque ſponte & per ſe facta. vt αὐτοματίσαντες, ἀφ'

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ἑαυτῶν πράξαντες.& αὐτόματον, αὐτοφυὲς. Phil
Iconum libro II. οὔτε ἐφύτευσαν, ἀλλὰ αὐτόματα
ἡ γῆ σφίσιν ἀναπέμπει ταῦτα.

v.22. tentaturus] vt in illo Tibul. *Illic Iun*
nem tentare Ixionis auſi, &c.

v.26. Dij maiores] Seru. ad illa Virg. libr.
Æn. *Cum ſocio, natoq́ꝫ, & magnis dis.* Macro
Satur. lib. 3. cap. 4. Schol. Apollon. Arg. lib.
Sect. 25. Sed de his aliàs.

v.27. Mercurius, qui animas duc. & red. ſo
let.] Hora. de Merc. *Tu pias lætis animas repon*
Sedib. Hinc Græcis πομπαῖος, apud Euri.
Aiax, vbi ſe interimere geſtit: --- καλῶ
ἅμα πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ μὲν κοιμίσαι
Art. lib. 2. νοσοῦντας δὲ ἀναιρεῖ, Ἑρμῆς, διὰ τὸ ψ
χόπομπος νενομίσθαι. Luc. dial. mortuor. Lutaci
ad Stat. Theb. 4. Phornutus lib. 4.

p. 117. v. 17. homines non caperentur ſp
Tibull. lib. 2. Eleg. 6.

v.30. Apud quaſdam gentes] Tertul. Apo
log. c. 9. *Aiunt apud quaſdam gentiles Scytharu*
defunctum quemque à ſuis comedi. Lucian. περὶ
πενθ. Solin. Similis immanitas Maſſagetarum
Tertull. lib. 1. aduersùs Marcionem. Hieron
aduersùs Iouinian. 2. *Maſſagetæ miſerrimos p*
tant, qui ægrotatione moriantur, & parentes, c
gnatos, propinquos cùm ad ſenectam venerint, i
gulatos deuorant. Theodoretus Sermone I
qui eſt de LL. Strabo lib. 2: Solinus c. LV.

p. 118. v. 20. Saguntini] Seneca Contro
Neceſſitas magnum humanæ imbecillitatis patro
cinium

cinium eſt. Hæc excuſat Saguntinos quòd patres occiderint. Iuuen.Sat.15.eiúſque interpres.

p.119.v.12. Tinctus colore noctis] Ægyptius tibicen, qui in deliciis. Iuuen. Sat.xv. *- ede virorum Saltatus nigro tibicine.* Apul. libro 1.Florid.de Indis: *In corpore color eſt noctis.*

v.13. Manu puer loquaci] Luc. περὶ ὀρχήσεως. ἀκούω ἄνθρωπε, ἃ ποιεῖς, οὐχ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν. Cyprianus de ſpect. *Loqui digitis elaborat.*

v.20. ornatus verbenis] Harum vſus vulgatiſſ.in ſacris. Apul.Apol. *Si poſueris donum aliquod, ſi ſacrificaueris, ſi verbenam ſumſeris.* Eurip. in Alceſt.

v.21. veſtibus ſacris] Infulis.nam eæ & hoſtiarum & ſacerdotum. Feſt. Gloſſæ Iſid. *Infula, ſacerdotalis vitta.* in iiſdem: *Infulat, propitiat.* Emporius de loco communi: *Inſpiciendi ſunt perſonarum habitus, vt ſacerdotis vitta & infula.* hinc Senecæ in Agam. *Sacratæ infulæ.* Florus lib.iv. *Quæ omnia velut infula in deſtinatam morti victimam congerebantur.* Sueton. in Calig.c.27. *Alterum qui ſe periturum pro ſalute ſua vouerat, cunctantem pueris tradidit, verbenatum infulatúmque, qui votum repoſcentes per vicos agerent, quoad præcipitaretur ex aggere.*

p.120.v.24. Non bene olet, qui bene ſemper olet] Cic.ad Attic. *Mulieres ideò bene olere, quia nihil olent.* ita ſæpe ludunt, vt Varro: *Bellaria maximè mellita, quæ mellita non ſunt.*

p.123.v.6. cryptam Neapolitanam] Seneca

epi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ep.lviii. *A ceromate nos aptè excepit in crypta Neapolitana. Nihil illo carcere longius, nihil illis faucibus obſcurius, quæ nobis præſtant, non vt per tenebras videamus, ſed vt ipſas.*

v.8. Petauróque iubente modò ſuperior] Optimè interpr. Manil. lib. v.

Corpora, quæ valido ſaliunt excuſſa petauro,
Alternóſque cient motus, elatus & ille
Nunc iacet, atque huius caſu ſuſpenditur ille.

p.125.v.22. Romuleámque caſam] Vitruu. *Item in Capitolio commonefacere poteſt, & ſignificare mores vetuſtatis Romuli caſa in arce ſacrorum ſtramentis tecta.*

p.127.v.28. Nam turris, propè quæ quadrata ſurgit] Lucret. lib. iv.

Quadrataſq; procul turres cũ cernimus vrbis,
Propterea fit, vti videantur ſæpè rotundæ,
Angulus obtuſus quia longè cernitur omnis.

Iſidor. Orig. lib. 15. c. 2. *Turres quamuis quadratæ aut latæ conſtruantur, procul tamen videntibus rotundæ exiſtimantur, ideò quia omne cuiuſque anguli ſimulacrum per longum aëris ſpatium euaneſcit atque conſumitur, & rotundum videtur.*

p.128.v.9. Quicquid luce fuit, tenebris agit] πεφύκασι γάρ πως αἱ καθ' ὕπνον φαντασίαι, ὥστε πολλὰ ἀπηχήματα εἶναι τῶν μεθημερινῶν φροντίδων. ὁποῖα γὰρ ἂν ᾖ τὰ κατὰ τὸν βίον ἡμῶν ἐπιτηδεύματα, τοιαῦτα ἀνάγκη εἶναι καὶ τὰ ἐνύπνια.

p.40.v.25. Mille pondo auri Capitolio promittere ſolet] Vide Lipſ. ad Tacit. An. l. xv.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

IN VETERVM POETARVM CATALECTA Annotationes.

Pag. 135. v. 11.

CArminis incompti] Hinc Auſonius accepit illud prooemium: *Carminis incompti tenuem lectare libellum Pone ſupercilium.*

p. 136. v. 7. Obſcurè poteram] Eſt Ouidij hoc Epigramma, vt ex Seneca colligimus, qui illum verſiculum ex eo citat:

Dum timet alterius vulnus inepta loci.

Cuius ſenſum ita quoque expreſſit Plautus in Caſina:

Illa haud verbum facit, & ſepit veſte id, qui eſtis.
Vbi illum ſaltum video obſeptum, rogo, vt altero ſinat ire.

Latinè dicere etiam. Martialis Latinè loqui vocat, vnamquanque rem non circuitione, ſed ſimpliciter nominare, & Romanè loqui.

Abſoluis lepidos nimirum, Auguſte libellos,
Quis ſcis Romana ſimplicitate loqui.

v. 16. Quid faciam?] τί πάθω, ἄγροικος καὶ ἄμουσος;

ἄμουσός εἰμι. Ariſtoph.

--- ἄγροικός εἰμι. τὴν σκάφην, σκάφην λέγω.

Vnde iocus maximi Principis, Philippi Macedonis. Quum ij, qui prodiderant Olynthum Philippo, conqueſtum, & expoſtulatum ad eum veniſſent, quòd iniuriosè nimis vocarentur proditores ab aliis Macedonibus: ὦ Μακέδονες, inquit, ἀμαθεῖς καὶ ἄγροικοί ἐστε. τὴν σκάφην, σκάφην λέγουσι.

v. 19. Elephantidos] quæ ſcripſit χήματα συνουσιῶν.

v. 21. Si pictas opus] In veteri Epigrãmate:

Inq́ꝫ modos omnes, dulces imitata tabellas
Tranſeat: & lecto pendeat illa meo.

v. 26. Quòd tuus hortus) κῆπος pro obſcœna mulierum parte apud Diogenem. quod & annotat eruditus P. Victorius. Hîc verò pro puerili. Heſychius quoque, κῆπος, τὸ ἐφήβαιον γυναικεῖον. & poteſt illud prouerbiale huc alludere: γλυκεῖ᾽ ὀπώρα, φύλακος ἐκλελοιπότος. Ariſtophanes quoque πεδίου nomine:

-- νὴ Δί᾽ ὦ Βοιωτία
καλόν γ᾽ ἔχουσα τὸ πεδίον. λ. καὶ νὴ Δία
κομψότατα τὰν βλαχῶ παρατετιλμένα.

Vbi ſimul alluſum ad pulegium, quo abundant Bœotij: & ad ipſos quoque Bœotios, qui hortorum culturæ valdè dediti erant. Euripides quoque Cyclope λειμῶνα vocat.

ἵν᾽ ἔστι τουτὸ τοὐρθὸν ἐξανιστάναι,
μαστοῦ τε δραγμὸς, καὶ παρεσκευασμένου
ψαῦσαι χεροῖν λειμῶνος.

p. 137.

p.137.v.1. Tormento citharáque] Tormentum, eſt funis tenſus, vt in Ergatarum ſuculis, & aliis eiuſcemodi: quin ſimpliciter funis. Nam funem torquere, eſt σχοῖνον πλέκειν. Propert. *Dignior, obliquo funem qui torqueat ocno.* Tormentum itaque funis. Et rectè in Apuleio: *Capillus ipſe, quem iſti aperto mendacio ad lenocinium decoris promiſſum dixêre, vides quàm non ſit amœnus, ac delicatus, horrore impexus, atque impeditus, ſtuppeo tormento aſſimilis*, &c. Neque quicquam mutandum. Sed pro eo, quod hodie legitur, *honore implexus*, lego, *horrore impexus*, & ſanè verum eſt.

v.13. Cur obſcœna] Puto eſſe Ouidij.

p.138.v.15. Theſeus repperit] Eſt Hecale. Petronius:

Qualis in Actæa quondam fuit hoſpita terra
Digna ſacris Ecale: quam Muſa loquentibus annis
Battiadæ veteris viuendo tradidit æuo.

v.31. Huc huc, quiſquis es] Veteres concubitu abſtinebant rem diuinam facturi. quod Latinè dicebãt, *Purè habere*, vt Græcè, ἁγνεύειν, ἁγνῶς ἔχειν. Plautus in Aſinaria:

Si fortè purè velle habere dixerit,
Tot reddat ſpurcas, quot puras habuerit.

Priapus ait, vt ad ſuum ſacellum diuertant prætereuntes, non eis opus eſſe, puras noctes habuiſſe.

p.139.v.5. Nos vappæ] vappas, τοὺς ἀχρήστους, ac homines nihili vocant Latini. Catullus:

-*ſatine*

- ſatine cum iſto

Vappa frigora, & famem tuliſtis?

Græci quoque ὀξίνην ad eam rem vſurpan
Nam ὀξίνης vappa. Ariſtoph. ὑπνῦσι,
ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην, ὀξίνην, ὑπέρβολον.
vbi ſanè nugatur interpres.

v. 9. Nigra fornicis] Catullus quoque me
retricē vocat, *Oblitū lupanar*. Sic C. Cæſar *B*
thynicus fornix, & *ſtabulū Nicomedis*, dict⁹ fui

v. 17. Magnis teſtibus] Teſtis, ὁ μάρτυς, e
antiqua lingua Græca θέστωρ: & μάρτυρας θέα
τοὺς διδύμους verò (quos eleganter Pares vo
cat Plinius) ita nominarunt, quòd & ipſi μάρ
τυρες τῆς ἀῤῥενότητος. Idcirco ambiguè luſi
Plautus in Amphitruone:

Al. *Mihi quoque aſſunt teſtes : qui illud, quo*
ego dicam aſſentiant.

Am. *Qui teſtes?* Al. *Teſtes.* Am. *Quid teſticula*
re? Nam, vt erat mos veterū, verbum forma
uit ex re, quam non intelligebat: ex teſte, Te
ſticulari. vt Ariſtophanes θεσμοφοριαζούσαις

- ἐχθὲς ἔφαγον κάρδαμα.

κλ. τί καρδαμίζεις. At dedita opera teſticu-
lari dixit, pro eo, quod Græci ὀρχιπεδῆσαι.
Ariſtophanes:

οὐκ ἔκυσας, οὐ προσεῖπας, οὐ προσήγαγον,
οὐκ ὀρχιπεδῆσας. -- Sicut & κλειτωριάζειν di-
cebant, à pudendo muliebri. quod Laberius, vt
ego puto, puellitari interpretatus eſt:

Quanam vos dementia ſuppoſitores facit
Cum cano eugio puellitarier?

Nam

Nam Eugium (quod & Græcum ipſum quoque eſt, εὐδίαιον) eſt τὸ κλειτώριον. Vnde Colei Cliternini Ciceroni. quia videntur alludere non ad Cliternum oppidum Italiæ, ſed ad κλειτώριον. Nam ſicut ab alio oppido Lanuuio, Lanuuinorum Coleorum familia erat: at non ita à Cliterno Cliternini. Quin & nomẽ familiæ Lanuuinos fuiſſe ex eo colligo, quòd aduerſarius Terentij Lanuuinus nominabatur. Alij apud Donatum legunt, *Lauinius*. At *Lauinium*, & *Lanuuium*, idem.

v.29. Circitor] Cuſtodem, qui hortum frequenter obit, ne fures intrent, Circitorem vocat. Eodem modo ex vigilibus, qui Græcè dicuntur περιπολούμενοι, Circitores ad verbum poſſunt dici: quos & Fraxatores vocatos eſſe alibi annotauimus.

p.140.v.5. Hic quando] Lege, *Ecquãdo*. Porrò & hîc, & in Martiale perperã ſcribitur *Telethuſa*. Aut enim θαλέθουσα, aut τελέθουσα. Videtur autẽ idem auctor illius carminis fuiſſe: *Nota Suburranas inter Telethuſa puellas*, &c.

v.8. Criſſabit] Propriè prurire. Verbum Tarentinum, κνισσᾶν, & κνιττᾶν. Non à κνίσσα. Sed quod alij dicunt, κνιζᾶν, ipſi, κνιττᾶν, vel κνισσᾶν. vt ἐπιχαριττᾶν, ἀντὶ τοῦ ἐπιχαρίζεσθαι. κνισσᾶν, Criſſare. ν, in r, vt μονὰ, *mora*. φονία, *Furia*, φονᾶν, *furere*. κνέφας, *Crepus, crepuſculum*. λίσπος, *Criſpus*. Γνῶμα, *Groma*. γνωματικὸς. *Gromaticus*.

v.22. De ſacra nulli] Ouidius:

Duo

Dum bene diues ager, dum rami pondere nu-
tant:
Afferat in calatho ruſtica dona puer.
Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa
Illa, vel in Sacra ſint licèt empta via.

p.141.v.6.Propter olus] Omninò mutua-tum ex Leonida.

Ἀλλ᾽ ὡς ἐντέταμαι, φῶρ, ἔμβλεπε, τοῦτο δ᾽
ἐρωτᾷς,
Τῶν ὀλίγων λαχάνων εἵνεκα; τῶν ὀλίγων.

v.8.Hoc ſceptrum]Feſtiuiſſimè παρῳδιάζει ex Homero:

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα ἐ-
ὄζους
Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τὸ μὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπε.

Virgilius:

Vt ſceptrum hoc (dextra ſceptrum nam fortè
gerebat)
Nunquam fronde leui fundet virgulta, neque
vmbram
Quum ſemel in ſyluas imo de ſtirpe reciſum
Matre caret, poſuitque comas, & brachia ferro.

Sed & Val. quoque Flaccus idem imitatus eſt: quod tamen, ne in hac re nimius ſim, non ponam.

v.14.Ad pubem capulúmque] Plau. in Caſina:

Gladium ne haberet, metui: occœpi quærere,
Dum gladium quæro ne habeat, arripio caplũ.

Caplum, pro, *Capulum*.

v.16. Porrò, nam quis]Exclamatio quiri-tantium,

tantium, *Porrò Quirites*, vt illud Laberij. *Porrò Quirites, libertatem perdimus.* Et *Quiritare* verbum. Vnde vulgò dicunt, *Cridar* Italicè, Hiſpanicè, & Gallicè. Quare quum princeps Iuriſcoſſ. omníque humanitaris genere præſtãtiſſimus Iac. Cujacius id olim Turnebo indicaſſet ex optimo ſcriptore Tertulliano, vix tandem homini perſuaſit. At ego ſemper illud Laberij in illam partem interpretatus ſum.

v. 18. Quod totis mihi] Aut flagitioſa inequinatio mulierum: vt Mutuni Titinij apud Feſtum, & Arnobium: aut eſt id, quod alibi dicit: *Oſcula dat medio ſi qua puella mihi.*

p. 142. v. 18. Ad fontem] Solent aduenæ, qui aquaturi eunt, ſciſcitari obuios de fonte. Vnde Cicero prouerbialiter dicit, *Digitum ad fontem intendere*: pro eo, quod eſt, δεικτικῶς, &, vt Æſchylꝰ loquitur, δακτυλοδείκτως, & quaſi manu ad aliquid ducere. Idcirco ita intelligendus inſignis locus Iuuenalis:

Nec monſtrare vias eadem niſi ſacra colenti,
Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos.

Id eſt: *Moſes vetuit niſi ſacra eadem colentes, hoc eſt, ius Iudaïcum ad myſteria illa admitti: vt qui eam doctrinam quærunt, excludantur, niſi eandem legem colant.* Vnde apparet Grammaticos perperam ad fabuloſum fontem Cor. Taciti hæc retuliſſe: quum ſit prouerbium, *Quærere fontem.* Hîc verò non eſt prouerbium, ſed ſimplex ſenſus: *Quur autem ignotus & ignarus viarum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

viarum à Priapo quærit viam ad fontem, quu *Priapus in ſeptis hortorum eſſet?* Sciendum Pri pos, & Hermas, vel Hermulas & Marſya etiam in compitis, triuiis, & quadriuiis pon ſolitos, cum virga in manu, quæ monſtrare iter ad fontem. Et quantum ad deos viale vt vocat Plautus, nihil intererat, Mercurij a Priapi eſſent. Quin & Mercuriis ipſis & Ter minis vialibus veretra longa, & immania, v Priapis attribuebantur. Quod & ego Roma in ædibus Cardinalis de Cæſiis vidi, & pate ex dicto Philoſophi, qui in guloſum & libi dinoſum adoleſcentem tempeſtiuè luſit, quòd ſimilis eſſet τοῖς ἑρμαῖς. qui nihil niſi caput, & penem haberet. Ergo Priapi, ſeu Hermæ di viales, qui & digitum intendebāt ad fontem In numiſmate argenteo ab vna parte Mercurius petaſatus, ab altera viator cum pedo, & cane inſculptus eſt. Quare hic Priapus, quem interrogat viator, non magis eſt cuſtos vitium, quàm viarum, vel potiùs vtrorúmque.

v.21. Cur aliter ſumas] eodem recidit & alia lectio, *Quas aliter ſumas, hoſpes, habebis aquas.* Minatur illi τὴν στόματος μόλυνσιν. Quare opus ei lotione ad os. Iccirco Martialis:

Qua tibi parte opus eſt, Gellia, ſumis aquam.

Nam & illa quoque τὸ στόμα ἐμόλυνε, καὶ ἐλεσβίαζε. Igitur, aliter ſumes aquã, quàm inſtitueras. Nam quæ tibi ad bibendum, ea ad eluendum os opus erit. Non ignoro quomodo alij interpretati ſint. Ego ſanè ita ſimpliciter malo.

v.24.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

v.24. Sis pudicior Veſta] Pudica matrona, quæ marito contenta eſt. At hîc pudica, quæ omnino virum ignorat. Plautus:

Tam à me pudica eſt, quàm ſi ſoror ſiet.

Et ſignatam virginem in eum ſenſum dixit Lucilius, *illæſam, inuiolatam.* Terentius dixit *integram à viro.* Cui reſpondet contrarium, *imminuta virgo.* Imminuere virginem διαπαρθενεύειν. Apuleius: *Coràm virginem imminuiſſet parata conſtantia.* & Plautus: *Imminuere pudorem,* vtitur & Arnobius ſcriptor eruditiſſimus.

v.28. Vuis aridior] etiam Græci hominem exuctum ἀσταφίδα vocant. Lucilius *paſſos ſenes* dixit, Perſius *apricos.*

v.29. Buxo pallidior] etiam Græci τοὺς ὠχροὺς πυξίνους vocant.

ibid. nouáque cera] aliter Catull. *Hoſpes inaurata pallidior ſtatua.*

p.143.v.1. Cuius viſcera] A Plauto accepit:

Quin exta inſpicere in Sole etiam viuo licet.
Ita is pellucet, quaſi laterna Pœnica.

Aperta viſcera intelligit, quum apertus eſt venter. Nam alioqui rimari exta, hoc eſt, θυοσκοπεῖν, vocabant Fiſſiculare, à fiſſo iecoris: vt à miſſo Miſſiculare. Apuleius de Dæmonio Socratis: vel ſomniis confirmandis, vel extis fiſſiculandis. Martianus: *fiſſiculatis extorum proſiciis.* Idem alibi: *Hæc aruſpicio exta fiſſiculant admonentia quædam.* Dolendum autem in vtroque ſcriptore falsò *Phyſiculare* ſcriptum

ſcriptum eſſe, tanquam παρὰ τὴν φύσιν eſſ
Porrò *Fiſſiculare* Græci vocarunt καρδιουλκεῖ
& καρδιουλκίαν *Fiſſiculationem.*

v.3. Atque petra pumex] Petras ipſas, & t
phos, punices vocabant, vt patet ex lectio
Poëtarum, qui antra ſubinde deſcribunt t
pho laqueata, ac pumice viuo. Vt autem dic
mus eleganter, *Amo te atque fratrem germ*
num: ſic hîc, *Quæ ſucco caret, atque petra pum*
Eſt autem petita ὑπερβολὴ ex eodem Plaut
Pumex non æquè eſt aridus, atque hic eſt ſenex.

v.8. Laruiale] Sic lego cum doctiſſim
Turnebo. Eſt enim ἐπένθεσις Poëtica, vt apu
Ennium,

Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginienſis.

Nam analogia, & vſus poſtulat *Carthaginenſi*
Quare errat Priſcianus, & qui eum ſecuti, qu
ſemper *Carthaginienſem*, non *Carthaginenſem*
ex illo Ennij verſu dicendum eſſe colligunt.

v.9. Ductor ferreus] Ducere ἐλαύνειν. Inſu-
laris quia in inſulis multa metalla, ad qua
deportabantur damnati ad opus in metalli
faciundum. Igitur tanquam χαλκοῦργος πι
videor mihi ferrum ducere: aut tanquam la-
ternæ fricare cornu. Eſt autem Eclipſis in
vtroque verſu. Nam *ductor ferreus*, intellige,
videor mihi fricare ferrum, &, *Laternæ videor*
fricare cornu, ſubaudi, *Laternarius*, aut *laternæ*
opifex, videor mihi fricare laternæ cornu.

v. 10. Fricare cornu] Nam laterna ex
cornu. & Plautus de cornea laterna intelli-
git,

git, *Totus pellucet, quaſi laterna Pœnica.*

v. 13. Vena ſubiret] Vena ἡ ψωλή. Perſius:

Quum moroſa vago ſingultiet inguine vena.

Et in Epigrammate: - - - ἀλλ' ἀπὸ τηλοῦ

Φὼρ ἴθι μὴ κλαύσῃς τὴν φλέβα δεξάμενος.

v. 22. Viros peregit] Martialis:

- - *Et quæ te faciet prima puella virum.*

p. 144. v. 4. Frontem comatos] In veterib. editionibus: *Frontem crinitos.* Sed neque verſus conſtat, neque Fauni criniti pingebantur: neque hîc *frons* pro parte, ſed pro tota facie: τὸ πρόσωπον. Lego: *Frontem cruentos Arcadas vides Faunos*, id eſt, *rubentes*, vt, *mora cruenta.* Nam quòd rubenti facie pingeretur Pan, apertè docet Seruius. Virgilius quoque, ſed βουκολικῶς alluſit:

Pan deus Arcadiæ venit, quem vidimus ipſi
Sanguineis ebuli baccis, minióque rubentem.

Porrò, vt dixi, Fauni, & Sileni nunquam criniti pingebantur, ſed φάλακροι, καὶ σιλπνοί. Et quum vnicuique deo ſuum habitum attribuat: quare non diſtinxiſſet Bacchi formam à Satyris, & Faunis, ſi verum erat Faunos, & Bacchum comoſos eſſe? Sed Fauni ſemper calui. Quocirca Panes, Siluani, Satyri ſemper pingebantur manum obtendentes fronti pro vmbraculo ad arcendum calorem Solis. quod non facerent, ſi comati eſſent. Gloſſarius Heſychij id teſtatur his verbis: ὑπόσκοπον χεῖρα. κοχύλος, ὥσπερ οἱ ἀποσκοποῦντες. οὕτω κελεύει σχηματίσαι τὴν χεῖρα, ὥσπερ τοὺς Πᾶνας ποιοῦσι.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

σχῆμα δέ ἐστιν ὀρχηστικὸν ὁ σκώψ. Vbi Heſychiu
non ἀποσκοποῦντα ἀπὸ τοῦ σκοπὸς deducit, ſe
innuit τὸ σχῆμα, quod vocabatur σκὼψ, fier
manibus fronti obtentis: vel, manus front
obtendere, id dici σκῶπα. Iccirco pro σκοπὸς
bene in Heſychio correximus σκὼψ. Sic alibi
σκωπευμάτων. σχῆμα τῆς χειρὸς πρὸς τὸ μέτωπο
τιθεμένης, ὥσπερ ἀποσκοπούντων. Quod & Ari
ſtotel. indicat loquens περὶ τοῦ σκωπὸς. Siliu
Italicus de Pane:

Obtendénſq; manum, Solem inferueſcere front
Arcet, & umbrato perluſtrat paſcua viſu.

Inde lux affertur Plinio, qui ait *Antiphilun*
pictorem celebratum nobiliſſimo Satyro cum pel
Pantherina, quem ἀποσκοποῦντα *appellant.*

v.20. Cuius tu pater] Interpungendum ita
Cuius tu, pater, ipſe par videris. Par, συγγενής
Ennius:

Corpore Tartarino prognata paluda Virago,
Quoi par imber, & ignis ſpiritus, & graui terra

Sidonius: *Helleſpontiaco parem Priapo.*
Græcanicum eſt. Nam illi dicunt alicui re
συγγενῆ eſſe, cui maximè quis adhæret. Sic i
Ariſtophanis Equitibus, δικαστοὶ συγγενεῖ
τοῦ τριωβόλου, quòd trioboli valdè ſtudioſi eſſen

v.23. Párque conſimiliſque] Lege, *Compa*
conſimiliſque.

v.29 Natura eſt quoniam] Etiam Græci i
eam partem accipiunt. Et in eo dicto Mim
ita accipiendum:

Hircus vetulus naturam capreis ligurit.

p.14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

p.145.v.22.De cera facta] Lego, *de cera facili*.vt Tibullus: -- *de facili compoſuitą́ luto.*

p.146.v.6.Feruenti caput]Feruens ferrum, Calamiſtrum.quod,vt inquit Varro,calfaciebatur in cinere , quo torqueretur capillus. Quare apud Arnobium optimum & eruditiſſimum ſcriptorem mendum eſt libro ſecũdo, his verbis: *Nec in formas erubeſcerent maſculorum Calamiſtris vibrare cæſariem.* Legendum enim : *Nec ij formis erubeſcerent Calamiſtris maſculorum vibrare cæſariem. Formis Calamiſtris*,vt hîc,*Feruenti ferro.* Nam veteribus *Formus,Calidus*:& *Formucapes*, quæ poſteà *Forcipes*:quòd forma,id eſt,calida caperent: αἱ πυράγραι. Qui in cinere calfaciebant calamiſtra,Cinifiones & Cinerarij dicti.

v.11.Quàm ſunt, m. quos habet]In manuſcripto infimæ notæ libro legebatur, *Qua sũt*, non *quàm ſunt*. *An prior*,inquit,*es puella*,id eſt, melior,*ea parte,qua pili ſunt?* Stultus,qui ex illius partis depilatione videri vellet puella. Prior melior.Horatius:

Et,niſi cœna prior,potiórque puella Sabinum
Detinet, aſſumam --Perſius etiam pro aliis pilis capillos vſurpat.

-- *& poſitis bicolor membrana capillis.*

v.18.Manes hîc licet]Lege:*Mandes his licet, vt lubenter ires*.hoc ſenſu:*Si iſtis Statoribus, & Circitoribus,qui latus meum tuentur,vt fures arceant,mandare vis te lubenter ituram,ſi illis conſtituere,& condicere vis,per me quidẽ eis clunem*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſubmittas licet. Nam mihi quidem non ſatis virium ſuppetit ad explendam libidinem tuam. *Mantes*, quod hîc comminiſcitur Alciatus, nequaquàm mihi placet: neque illa expoſitio, *vt lubenter ires*, pro, *me lubente ires.* Non enim ita Latinè loqui conſueuimus.

v.29. Erucis] Non fruſtrà accipiendum de erucis, non ſolum propter vim herbæ, quod notiſſimum eſt: ſed quia ipſa herba ei deo dicata erat, & propter eum ſerebatur. Columella:

Et quæ frugifero ſeritur vicina Priapo,
Excitet vt Veneri tardos Eruca maritos.

Illud verò, *ſatis paratus*, ita accipiendum, vt in Proper.

Nec te decipiat, quòd ſit ſatis illa parata.

p.147.v.1. Per quam ſignificor] Et Varro ita loquitur: *Per id, quod diſcernitur, homo, mas an fœmina ſit.* Ita Plautus in Caſina.

Illa haud verbũ facit, & ſepit veſte id, qui eſtis.
Loquitur enim mulieri ſeruus, & de muliere.

v.3. Sed quod ſponte] *Sponte ſua*, Heſychius αὐτομάτητα, σπέρμα ἀνδρός. Arnobius lib. v i *Tunc ſancta & feruentia Numina vim vomuiſſe Lucillij.* Vbi *vim*, αὐτομάτητα illam intelligit, quam voluit exprimere ad verbum Græcum θόρον. Nam etiam θόρος eſt vis, & inde θουρὸς violentus. Et Nonnus Dionyſiacis ita αὐτομάτητα illam diſertim deſcribit.

ὃ τοῦτον ἱμείρων ἐπεμήνατο κυανοχαίτης,
ἣν ποθέων ἀκίχητα γονὴν ἔσπειρεν ἀρούρῃ,

θερμὸ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

θερμὸν ἀκοντίζων αὐτόσυτον ἀφρὸν ἐρώτων. Lingua Africana ſemen humanum in terram profuſum, cuiuſmodi fuit Vulcani ἀκρασία, dum colluctatur cum Minerua renitente, Bilbis, aut Bilbil vocabatur, vt ſcribit Sex. Pompeius. Quod ſanè, qui ſciunt Syriacè, intelligunt Bilbul eſſe, hoc eſt, fœditatem, & confuſionem.

v.6. Circa tentoria] Scribo, *tectoria*. Tectorium κονίαμα. Nam parietibus templorum Priapi, quicunque intrabant, pro ſymbola quiſque carbone Epigramma exarabat, vt etiam denotatur illis verbis:

Ergo quicquid id eſt, quod otioſus
Templi parietibus tui notaui. Tectorium ergo hîc τεῖχος κεκονιαμένον.

v.16. Totam comparibus] Lege, *cum paribus*, σὺν ἡλικιώταις.

v.24. Flaua non legit Crete] Lege ex veteribus excuſis, *Arete.*

v.27. Pyrúmue, tanto] Ad eum modum Catullus:

--quandoquidem meos amores
Cum longa voluiſti amare pœna.

v.30. Quam vocant auellanam] Nam auellanarum duo genera, alterum rotundum, alterum longum: auctores Geoponicon commentarij. Theophraſtus de auellana: γένη δὲ δύο ἀμφοῖν. αἱ μὲν γὰρ στρογγύλον, αἱ δὲ πρόμακρον φέρουσι τὸ κάρυον. Sed ſuſpecta eſt mihi lectio, propter veteres editiones, quarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

pars habent, *quæ vocatur alua*; pars, *quæ vocatur Alana*. An legẽdum *Albana*, vt eadem ſit cum Albẽſi apud Plinium? Sanè in veteribus Gloſſis legi: *Albanæ*, nuces Præneſtinæ. An *quæ vocatur & calua*? caluam nucem, βασιλικὸν, aliàs ποντικὸν interpretatur vetus Gloſſarius noſter. ea lectio mihi penitus reſpuenda non videtur.

verſ. 31. Flore purpureo] Hîc fit συνίζησις, vt *villo ſpectabilis aureo*. Amygdalum flore purpureo, ἀμύγδαλον πορφυρανθές.

p. 148. v. 1. Non braſſicæ fero] Vetus editio:

Non braſſicarum fero glorioſior caules.

Ego cenſeo reponendum:

Non braſſicarum, ferculum prius caules.

Nam ex vitioſa hac ſcribendi conſuetudine, *fergolom prios*, conformarunt illud monſtrum lectionis.

v. 10. Quæ cuncta, quamuis] Corruptum hunc locum eſſe ſatis conuicerit vetus lectio aliter in excuſis concepta:

Quæ cuncta noſtro vt habeamus in ſepto.

Minima licentia legerim:

Quæ cuncta noſtro vt ambiamus in ſepto.

Quæ quanquàm ambiantur in noſtro ſepto, incluſa ſint in noſtro ſepto.

v. 19. Stator] Quem ſuprà *Circitorem* vocauit. *Statores* propriè ſunt carcerum, aut ædium cuſtodes, quos vulgò *Iauclarios* corruptè pro *Ianiculariis* vocamus. Nam *Stare* eſt verbum eius rei. Manilius lib. 5.

immitis veniet, pœnæque miniſter,

Carceris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Carceris & duri cuſtos, quo ſtante ſuperbæ
Proſtratæ iaceant miſerorum in limine matres.

Ergo optiones, & mancipes carceris deſignat, qui & vltimis tẽporibus *Commentarienſes* dicebãtur. Hîc verò tãtùm ſunt cuſtodes, quos, vt & admonui, ſuprà *Circitores* vocauerat. Quod ſequitur: *Accedunt duo, qui latus tuẽtur.* nihil aliud quàm Latrones eo deſignãtur: qui priùs *Laterones*, quòd latus tegerẽt. Hi & *Statores* quoq; ipſi ſunt. Petronius: *Quædam enim fœminæ ſordibus calent: nec libidinẽ concitant, niſi aut ſeruos viderint, aut Statores altiùs cinctos.* Ita enim habet manuſcriptus codex: non, vt ille, quem citat Turnebus, *diutiùs cinctos.* Qui tamen codex, quo vſus eſt Turnebus, ex eo ipſo exẽplari veteri, quod hodiè eſt in manib⁹ Clariſſ. Iuriſcõſulti D. Iac. Cujacij deſcriptus fuit.

v. 23. Penſilibus peculiati] Peculium etiam ad eam rem vſurpatur à Plauto in Pſeudolo:

Quid domino? quid ſomniatis? mea quidem hercle habeo omnia
(ma ſuſtinent.
Meo peculio emta. BA. *Nẽpe quod femina ſum-*

Petronius arbiter: *Prolatoq́; peculio ſtuprũ rogare cœpit.* Lãpryd. in vita Heliogabali: *Homines bene vaſatos & maioris peculij.* Vaſa quoque in eam partẽ dicebant. vnde vaſati Lãprydio, qui hîc bene peculiati. Plautus alluſit in Pœnulo,

Facio quod manifeſtò haud mœchi ſolent.
MI. *Quid eſt?* SY. *Refero vaſa ſalua.*

Græcorum imitatio. Nam apud Medicos ea pars τὸ σκεῦος vocatur. Dicebãt & *Res.* Arno-

bius lib. v. *Artificij curas tum rebus adhibuiſſe perituris*: id eſt, *genitalibus*. In eodem: *Ocriculam imperauiſſe captiua, vt intelligeres & cognoſceret, quid ſibi res vellent*. Loquitur de illis veretris, quæ in foco à Tanaquile, aut Tanaquilis ancilla inuenta fuerant. Idem in verſione Orphei carminum:

Obiecitque oculis formatas inguinibus res.

Etiam in Gallia vulgò ita loquimur, honeſtè rem fœdam circunloquentes.

v. 26. Nihilo deterius] Horat. *Nihilo deterius dominæ ius eſſe*. Poſtremus verſus παρῳδιάζεται ex Catullo:

Quum tantum ſciet eſſe baſiorum.

P. 149. v. 15. Gallus ero] Martialis; *Gallo turpius eſt nihil Priapo.* (βογέροντες.

v. 24. Verúſque buſtũ] Ita etiam Græci τυμ-

p. 150. v. 3. Effœminato] Effœminatos vocabant, quos Salluſtius *muliebria patientes*. Deinde lego vltimum verſiculum, *Puella nulli vaneat, Ne quæſtum faciat apud vllum*. Ne ſtupro lucrum mereat Ouidius:

Stat meretrix certo cuiuis mercabilis ære.

Potes & legere:

Puella nullum inuenerit, &c. Sed prior lectio magis arridet.

v. 8. Impudicus ibis] Impudicũ vocat, quem pauló anteà effœminatum. Feſtus, *Impudicatus, ſtupratus, impudicus factus*. Alio nomine dicebatur *flagitatus*. Apuleius: *Nudatum, ſupinatúmq; in ventrẽ execrãdis vredinibus flagitabant*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

tabant. Cato, *Intercutibus ſtupris flagitati*. Dicebantur & *intercutiti*, itẽ *internuculi*. Omne enim mediũ, nucleũ vocabant veteres: vt apud Vitruuium. Cætera dicere vetat pudor.

v.23. Aquoſus anſer] aquoſus, φίλυδρος. vt, *mulieroſus*, φιλογύναιος, γυναιμανής. *vinoſus*, οἰνόφλυξ. Ouidius de Thetide:

-- *per numina matris aquoſæ*. Alioqui *aquoſus*, eſt ὑδατώδης. Mirum autem hoc epigramma, quod Priapeium non eſt, huc alieno loco immiſſum eſſe: vt & illud:

Securi dormite canes: Cuſtodiat hortum, &c.

Nam tametſi eſt κηπουρικὸν, tamen non κηπουροῦ θεοῦ, hoc eſt, πριήπου.

v.31. Parum eſt] Puto legendum:

Parum eſt amici, fixerim quòd hîc ſedem.

P.151.v.3. Parum, quòd imi] Repono ex antiquitùs excuſis:

Parúmne quòd ſuperfluunt ſinus imbres.

v.8. Quòd me terribilem] Puto priùs fuiſſe, *fuſte terribilem*. Corrigo igitur, -- *fuſte de rudi vilem*. hoc eſt, αὐτόξυλον τέχνημα φαυλουργοῦ χερὸς, iambico ſenario.

v.16. Quot Philænis] Scripſit hæc libros περὶ ποικίλων σχημάτων ἀφροδισίων. ſicut & Elephãtis, & Cyrene, quæ δωδεκαμήχανος dicta fuit, item Aſtyanaſſa quędam, vt ait Heſychius. De Philænidis libris Athenæus lib. viij.

v.19. Quidam mollior] Ex Catullo:

Cynæde Thalle mollior cuniculi capillo,
Vel anſeris medullula, vel hinnula tenella.

p.152.v.5. Hac pœna] Pœna hîc ἀντὶ λύτρων

ποινή. vnde ἄποινα. ſic in Ciri. *Et dictam Vener*
votorum auertere pœnam. λύτρα, veteres La
vocabāt luſtra. Nam Tragœdiā Ἕκτορος λύτρα
quū verteret Ennius, inſcripſit, *Hectoris luſtra*
Ita enim habent omnes Nonij Marcelli tan
ſcripti, quàm antiquitùs excuſi codices. Erg
λύτρα, *luſtra*. & ſanè ratio eſt apud Varronem
qui ait luſtrum dictum à luēdo: & propriè lu
ſtrum, quod pēdebatur quinto quoque anno
luſtrum à luendo: vt à fluendo fluſtrum, ἡ θα
λάσσης μαλακία. & fruſtrum à frio. & trāſtrum
à trāſeo. monſtrum à moneo, roſtrum à rodo
ploſtrum à plodenda terra, &c.

v. 7. Ruſticus] Ruſticum vocant veteres
ἀφυῆ. Martialis:

--ſi neſcis, Ruſtice, redde pilam.

& Græci: ἄγροικός εἰμι, τὴν σκάφην σκάφην
λέγω. Suſpicor Ouidij eſſe hoc Epigramma.

v. 10. Conſtiti mericas] Lego, *Inſtiti, Ho-*
meriacas edidicique notas. Inſtiti Catullus.

Et qui principio ſub terra frangere venas
Inſtitit, & ferri frangere duritiem. Afranius:
Iccirco hac agere tecum ſecretò inſtiti.

Græcū eſt. Ariſtophanes, ὅσα τὸ πρᾶγμα τοῦτ
ἐνεστήσατο. Dicitur & in alium ſenſum, vt *inſta*
re merces. Nonius Atellana:

Inſtat mercaturam. Credo rem faciat. frugi eſ
homo. Inde Inſtitores. Nec longè ab hac ment
Virgilius:

Parte alia Marti currúmque, rotáſque volante
Inſtabant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

v.11.Pſoleon] Nam ψωλεὸς,& ψωλὸς verpus, & ψωλὸς verpa παρὰ τὸ ψᾶν. Cui αἰδοῖον ἀπεψωλημένον, ἢ ἐσκολυμμένον. Inuenio & δρύλλον vocari.

v.12.Coleon] κουλεὸς, vagina. Et ſanè pars illa in nobis, quæ honeſtè nominari non poteſt,& quæ hîc intelligitur, inde dicta eſt. Et videtur Plautus alludere in Pſeudolo.

Conueniebátne in vaginam tuã machæra militis?

v.13.ſmerdaleos] σμερδαλέος dictũ cenſeo παρὰ τὸ σμέρδειν. Quod idem eſt cum ἀμέρδειν, & μέρδειν. Itaque plus erit σμερδαλέος, quàm φοβερὸς, quum tamen cathedræ Grammaticorum ferè omnes φοβερὸν tantùm interpretentur. Non obſcurum, quid ipſe velit. Vt autem ſuis, bouis, muris ſtercus, ſucerda, bucerda, mucerda, ſic hominis priùs homerda dicta fuit. Porrò rotundiora ſtercora vulgò ſtruntos vocamus. Idque in peroptimo Gloſſario inueni Latinè dictum, *Struntus*, ἀπέλεθος.

v.26.Error fallentis] *Fallentis*, δολομήτεω. Niſi mauis Palantis, πλαζομένης, ὃς μάλα πολλὰ πλάγχθη.

v.28. De qua flos aureus] Poterat dixiſſe *Lacteus* cum Homero,

ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ εἴκελον ἄνθος,
μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί. --Sed aureum dixit

florem, quomodo χρυσῆ ἀφροδίτη dicitur: & non aliter purpureum,& aureum Poëtæ vſurpant pro pulchro, vt *nix purpurea* Albinouano, & *Cycni purpurei* Horatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

p.153.v.18.Ad me reſpice fur] Sic & Græcanicus Priapus in Epigrammate:

ἀλλ' ὡς ἐντέταμαι φὼρ ἔμβλεπε.--

v.22.moláque fuſa.] Scribe, *molámque fuſam* expreſſit οὐλοχύτας, quę ſunt ordea toſta. Quòd autem mola ordeum ſignificet, docet & Varro: *Grunnit lepido lacte ſatur, mola mactatus porcus. Mola mactatus*, eſt auctus ordeo, hoc eſt κριθῶν.

v.23. Quare partib.]Partes vocat in libo quæ propriè in victima proſecta, & proſiciæ dicerentur.

p.154.v.7.Cura Pr.)Hæc ita digerantur,

Pomarij tutela diligens rubro
Priape furibus minare mutino.

Mutinum enim ſecundam producere contrà quàm huius ætatis literatores putarunt, probatur ex his Lucillij verſibus:

Nā quid mœtino, ſubiectoq́; eſt huic opus ſigno,
Vt lurcaretur lardum, & carnaria fartim
Patrum conficeret? Mœtinum enim in Lucillio, ſeu Mutinum, eſt σφραγὶς vel φυλακτήριον. Nam pudenda pro amuletis ſuſpendi è collo pueris, auctor Varro. Ex Lucillio verò cognoſcimus etiam ſignis notam veretri apponi velut προβασκάνιον quoddam. In veteri Gloſſario legitur, *Mutoniū*, προβασκάνιον, ὡς λευκίσκιος. vt manifeſtè appareat eum in animo hunc locum Lucillij habuiſſe. In Lucillio tamen non eſt *Mutonium*, ſed *Mutinum*.

v.10. Quòd moueat non eſt] Hoc Epigramma ego ſanè non intelligo. Nam quod nonnulli legendum cenſent, *μακρὰ βραχεῖα dabo*: quis mediocriter Græcè doctus βραχεῖα pro βραχέα probet? Itaque potiùs legendum erat *μακρὰ dabo βραχέα*. verum eſto: grandis opponitúrne τῷ βραχεῖ? Nam ſanè grande hîc conſtituit argutiam Epigrammatis, quæcunque illa eſt. Quare non ſolet deus ſalax interminari furibus hoc modo: quos potiùs libidine aliqua, quàm malo cruciatu accipere ſolet. Itaque aliud neſcio quid hîc potiùs innuitur. Sanè grandia poma ruſtici vocabant τὰ εὐαυξῆ. vt Virgilius grandes fruges, hoc eſt εὐαλδεῖς Æſchylo, & ἁδρὸν σῖτον. Contra vegrandes meſſes: quæ, vt inquit Ouidius, malè creuerunt. Ruſticus apud Plautum in Caſina manifeſtò docet, quid ſit grande:

-- profectò herclè non fuit
Quicquã olerum: niſi quicquid erat, calamitas
Profectò attigerat nũquàm: ita quicquid erat,
grande erat. Ergo grandia mala, τὰ εὐαυξῆ, vt contrà macra, γλισχρά. Inde ergo captanda fuit argutia. Sed quid dicã, neſcio. Nam quid oppones grandi, niſi vegrande, & macrum? In multis veteribus editionibus diſertim excuſum eſt braccica macra. An ita genus agreſtiũ malorum ridiculè vocatum eſt braccicum, à braccis Gallorum: ſub quibus neſcio quid αἰσχρὸν ſubintelligatur? An legendum Bacchica macra dabo? Nam mala Bacchi, vel μῆλα

διωνύσου, vidētur eſſe genus minutorum malorum: fortaſſis quas nos vulgò in Aquitania *Auarcas* dicimus. Ea in amoribus tantùm valere putabant, vt iis ad concubitum pellicere poſſe ſperarent. & coronæ ex illis ſtatuæ Bacchi imponebantur. Philetas:

μᾶλα φέρων κόλποισι, τά οἱ ποτε κύπρις ἑλοῖσα
δῶρα Διωνύσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων.

Et Theocritus. *μᾶλα μὲν ἐν κόλποισι Διωνύσοιο φυλάσσων.* Et quum ſcribat Arnobius Nanam Nympham mala tenentem in manibus concepiſſe: videntur fuiſſe Bacchi mala hæc. De qua re puto accipiendum illum verſiculum ex Annalibus Attij poëtæ.

Mala manu retinens grauida concepit in aluo.

Citāt Nonius, & Priſcianus. Quin etiam malorum nomine aliquid *αἰσχρὸν* ſubintelligi apud veteres ſolitum, auctor Seruius in illud:

Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala.

Hîc igitur ſtuprum interminatur cinædo deus hortorum. quia ſub illorum malorum nomine, vt dixi, tale quid intelligeretur. Multa dixi, nihil tamen dixi. Quare verbum non ampliùs addam.

v. 17. Per medios ibit] Hoc diſtichon eſt Epigramma ſingulare. Itaque à ſuperioribus eſt diſtinguendum.

p. 155. v. 7. Perforare poſſim] τὸ *περαίνειν.* Nam flagitioſum verbum fuiſſe docemur ex Plauto: *Me quidem herclè non inforabis.* Tarentini, & Syracuſani, vt alibi annotauimus, hoc

μυλλεῖν.

μυλλεῖν vocabant, hoc eſt, ſuere. Vnde *Mullare*, τὸ καττύειν. & *Mullei*, calcei.

v.20. Saláxque quondam] Græciſmus eſt, hoc eſt, *nõn pergo eſſe ſalax.* Ariſtophanes σφηξὶν. οὐκ ἐκτελέσαι φησὶν ἐπαρθείς. hoc eſt, φησὶν οὐ τελέως ἐπαρθῆναι. Ergo *ſalax quondam non vitam perago*, eſt, πάλαι διὰ παντὸς λαγνευόμενος οὐ νῦν διατελῶ. ὁ πάλαι πάνυ συνουσιαστικὸς οὐ διὰ παντὸς τοῦτο ποιῶν τελευτῶ. Et ita Perſi⁹::

Varo, reguſtatum digito terebrare ſalinum
Contentus perages.

v.22. Vt luſu citharœdus] Videtur prouerbium fuiſſe: *Abſtinerem autem meliùs, quàm abſtineret.* Elegantiùs enim, ſi in ſe transferat prouerbium.

v.31. Miſella Landace] Lego, *Labdace.* λαβδάκη. De induſtria finxit nomen de ea, quæ λεσβιάζει, hoc eſt, μολύνει τὸ στόμα. Dictum à Lambda litera, quæ prima eſt in λείχειν, vel λεσβιάζειν. Quia Lesbij ea infamia flagrarunt. Auſonius quoque alluſit: *Cui ipſe linguã quum dedit ſuam, Labda eſt.* Huiuſcemodi quoque deteſtandæ libidinis homines Labdas vocat Varro Margopoli περὶ ἀρχῆς,

Depſiſtis, dicite Labdæ?
Victos contemnite viui: anticipate, atque addite calcar.
Stultos contẽnite docti. Vt Lesbij, ita Campani quoque malè de hac re audiebant. Auſon.

Et quam Nolanis capitalis luxus inuſſit.

Iccirco ita locus Horatij exponendus.

Campa-

Cāpanum in morbum, in faciē permulta locutus. Id veteres Latini vocabant, *offendere buccam.* Varro Marcipore: *Deinde mittit virile veretrū in frumen: offendit buccam Volumnio.* hoc eſt, μολύνει τὸ στόμα. *Illudere ori* dixit Suetonius.

p.156. v.1. Ambulare præ foſſis.] vt ſup. *Foſſas inguinis vt teram?* & in Iambo: *Voret profunda foſſa lubricum caput.* laxam ſignificat. & Iuuen.

Inter Socraticos notiſſima foſſa Cynædos.

τὸν λακκόπρωκτον expreſſit. Nam λάκκος foſſa. Pluraliter dixit *foſſas:* quòd, vt loquitur Auſo. per vtranque cauernam moleretur. Lyſias Orator: ἀντιόπη πόρνη ἡ ἀμφοῖν ταῖς ὀπαῖς τῇ μίξει χρωμένη. Sed quod Auſonius addidit, non contentam duabus illis foſſis, etiam ore abuſam, hoc mordaciter ἐν τῷ κατὰ νεαίρας obiicitur: ἀπὸ τριῶν ὀπῶν ἐργάζεσθαι τὴν ἐργασίαν. At de viro, qui, vt de Heliogabalo dixit Lampridius, libidinem per omnia caua corporis exceptaret, dictum apud Ciceronem: *Si tu & aduerſus, & auerſus impudicus es.* Quod de Agathocle Siculo iactatum fuit: hoc enim voluit, quiſquis in eum dixit: πάντων τῶν βουλομένων τοῖς ὄπισθεν, καὶ τοῖς ἔμπροσθεν χρώμενος.

v.6. Non eſt poëta] Scribo: *Non es Poëta faſcinoſior noſtro.* Quam coniecturam meam veteres editiones confirmant.

v.8. At non longa] Antiquæ editiones meliùs: *Vt non longa ſatis bene, non ſtat m.c.* Cui per ſimile Erycij poëtæ in Epigrammate ad Pria

Priapum : ὡς βαρὺ τοῦτο πέληπε, καὶ δὴ πετυλωμένον ὅπλον,&c.

v.17.Dum viuis] Hoc diſtichon eſt ſingulare Epigramma , & ſeorſim ſeparandum eſt. Neque dubito , quin ex Satyrico Menippæo Petronij acceptum fuerit. Nam alia ad huius intelligentiam opus ſunt , quæ , vt veriſimile eſt,in proſa ſua tractabat Petronius.

v.20.Villicus,ærarj.]Quidam nomine Perſpectus, qui ærarij dominici primùm cuſtos, hoc eſt,diſpenſator, poſteà ruſticationi operã dabat, hoc Epigramma fecit Priapo. Quod nomine Tibulli in antiquis Tibulli codicibus inueniri, & alij in editionibus ſuis admonuerunt , & nos inter opera Tibulliana in optima ſcheda reperimus. Dicunt tamen nonnulli repertum in agro Patauino literis vetuſtate penè conſumptis. Quod tamen non impedit quin Tibulli eſſe poſſit. Primus verſus diuersè concipitur in editionibus.nam aliæ,

*Ærari quondam cuſtos,nunc cultor agelli.*aliæ,
*Ruſticus ærarij quōdã,nunc ruſticus horti.*alię,
Villicus ærarj quondam,nunc cultor agelli.

Et hæc vltima vera lectio. villicus enim eſt cuſtos. Iuuenalis.

Pegaſus attonitæ poſitus modò villicus vrbi.

v. 25. Hunc tu, ſed tento] Veteres excuſi, item & optima ſcheda Tibulli habent , *Hunc tu,ſed taceo.*& meliùs ſanè.

v.27. Quid hoc noui eſt.]In veteribus excuſis Tibulli nomine editur hoc politiſſimũ

poëmatium:itémque in veteri membrana Ti-
bulliana, quæ eſt penes te, Iacobe Cuiaci, v
eruditiſſime, totúmq; ex puris Iambis cõſta
& ſanè multum ſpirat illam venuſtatem, qu
hodiè percipitur in Elegiis illius ſuauiſſim
Poëtæ. Quod ne cui mirũ videatur, Tibullu
Priapeia cõſcripſiſſe, iam puto ſatis cõfirma
ſuperiore Epigrãmate. Sed & clarius Martia

Quam qui compoſitos metro Tibulli
In Stellæ recitat domo libellos.

p.157.v. 1. Placet Priape] *Itáne Priape?* Ele
gãs loquendi modus: vt in illa exclamatione
Placet hoc ergo? & leges diligẽtiſſimæ pudori
cuſtodes decumas vxorib. dari, quantas mere
tricib. iubẽt? Græcis eſt, ἄληθες. Ariſt. ἄληθες
πίτελπτε; Martialis. *Hoc Labulle verum eſt?*

v.2. Reuinctus Pãpino] Claudicat verſus. Le
gendum vocandi caſu. - - *reuincte pãpino capu*
Et ita non rarò veteres loquuntur. Tibullu
ad Bacchum:

Huc venias hodierne, tibi dum thuris honores
Libáque Mopſopio dulcia melle feram. *hodier*
nus enim dicendum erat. Albinouanus in Epi
cedio Mecænatis:

Impiger Alcide multo defuncte labore.
Te memorant curas ſic poſuiſſe tuas. Nam di-
cendũ erat *defunctum*. Plautus in Curculione
Haud malè meditate malè locutus es. Theoc
ἄλβοις κεῖρε φύοιο. Debuit enim ὄλβιος. Perſius

Stemmate quòd Tuſco ramum milleſime ducis
Cenſorémque tuum, vel quod trabeate ſalutas

Auſonius:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Auſonius: *Diſtinctas interne vias mirere domorum.* hoc eſt, *internus*. Propertius: *Sic mihi te referas leuis.* Nam *leuem* dicere debuit.

v.4. At ô Priape] In illa optima ſcheda liquidò exaratū erat: *At ô Tripalle.* hoc eſt, τρίφαλλε. Nam τρίφαλλος, & ἰθύφαλλος, cognomina Priapi. Quin & Triphallus περὶ ἀῤῥενότητος inſcripta fuit Menippea Varronis. de generatione ſcilicet licèt aliter vir doctiſſimus interpretatus ſit. Ergo, *At ô Triphalle*, reponendum eſt. In veteri Gloſſario, *Trepalles*, πρίαπος.

v.6. Abegimúſque] Ille Horatianus Priapus, ſi ſciens fallit. imprecatur ſibi hæc -- *merdíſque coinquiner albis Coruorum* -- Iccirco μηνίσκοι imponebantur ſtatuis, ne ab auibus conſpurcarentur. Ariſtophanes in Auibus:

ἢν δὲ μὴ κρίνητε, χαλκεύεσθε μηνίσκους φορεῖν
ὥσπερ ἀνδριάντες, ὡς ὑμῶν ὃς ἂν μὴ μῆνιν ἔχοι,
ὅταν ἔχητε χλανίδα λευκὴν, τότε μάλισθ' οὕτως δίκην
δώσετ' ἡμῖν πᾶσι τοῖς ὄρνισι καταχεσθήσεσθε.

Hi μηνίσκοι adhuc, hodiéque in tēplis Chriſtianorum imponuntur capitibus ſtatuarum, Cuius tamen rei cauſſam ignorātes pictores, dum putant honoris cauſſa imponi debere, non ſolùm nō omnibus ſtatuis imponunt: ſed & imaginibus quoque pictis adhibuerunt: quæ tamen illis opus non habent, vt ſtatuæ.

v. 11. Iacebis inter arua] In Græcia proiectis ſimulacris ita inſultabāt, vt ea ſcillis herbis impeterent. Theocritus Thalyſiis:

κὴν μὲν ταῦθ᾽ ἔρδοις ὦ πὰν φίλε, μὴ τύπτι παῖδες
ἀρκαδικοὶ σκίλλαισιν ὑπὸ πλευράς τε καὶ ὤμους
ταυίκα μαστίσδοιεν, ὅτε κρέα τυτθὰ παρείη.

Ita enim ſolebant exigere καθάρματα, καὶ φαρμακοὺς. Hipponax.

Βάλλοντες ἐν χιμῶνι, καὶ ῥαπίζοντες
Κράδης, καὶ σκίλλαισιν, ὥστε φαρμακὸν.

ibid. Squallidus ſitu] In membrana. *Pallidu ſitu.* Nam etiam pallor pro ſquallore vel ca rie. Lucillius: *-pallor, tineæ omnia cadunt.*

v. 12. Canis aut tibi] In quibuſdam ſchedi mediæ vetuſtatis, quas nobis amicus noſte P. Pithoeus commodauit, quæque habeban hoc ſolum Epigramma exaratum, ita legeba tur iſte, & alter verſiculus:

Caniſve ſæuus vſque imminget, aut tibi
Fricabit oblitum latus aper lutoſus.

Ex quibus deprauatis hanc lectionem erui- mus:

Caniſve ſæuus vſque minget, aut tibi
Aper fricabit oblitum latus luto.

Sed in alia longè melioris notæ ſcheda aliter concepta erat lectio:

Caniſque ſæuas vſque ligneo tibi
Lutoſus affricabit oblitum latus.

Non magni negotij erit illa corrigere:

Caniſque ſæua, ſúſque ligneo tibi, &c.

Horatianus ille Priapus ſibi imprecatur: *-in me veniat mictum, atque cacatum Quicquid cor- uorum eſt.* At apud Ariſtophanem de ſtatua Lyci Herois, iudiciorum præſidis, loquitur

φιλό

Φιλόδικος quidam. κ' οὐ μήποτε σοῦ παρὰ τὰς κάννας οὐρήσω, μηδ' ἀποπαρδῶ. In contemptum enim immingebant in ſtatuas vel deorum, vel Magnatum Iuuenalis:

Effigiémque deæ longis ſiphonibus implent.

Item: *Cuius ad effigiem tantum non meiere fas eſt.* Vbi *tantùm* non eſt μονονουχί.

v. 14. O cui meum malum] In ſcheda Pithoei:

- ô meum malum graue Licèt querare.

Theocritus:

ἔξω ἀπώχεο θᾶσσον ἐμὸν κακὸν, οὔ τυ ἀρέσκω.

Sed in illa altera optima ſcheda interiiciebatur verſiculus, qui & in quibuſdam excuſis reperitur: *Graui, plagâ lege noxiam lues.* Noxiam, & noxã idem eſſe vult Seruius in Virgilium. Et annotandum, quod hodiè in Gallia iurgium vocatur *noiſe*, id à noxia detortum eſſe: quod aliquando notat iurgium, ac diſſidium. Petron. *in mediam noxam perfertur.*

Sæpe in coniugiis fit noxia, ſi nimia eſt dos.

v. 20. Lucidum femur] In iiſdem ſchedis P. Pithoei, *lubricum femur*, hoc eſt, λεῖον. Martialis:

Dum puer es, redeas: dum vultus lubricus.

Horatius:

Et vultus nimiùm lubricus aſpici.

v. 23. Vacuáque pelle] Lego, *vagáque pelle.* Perſius: *Quum moroſa vago ſingultiet,* &c. Error inde natus, quod illi imperiti librarij ſcripſerant *vaguáque pelle.* In altera peroptima

membra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

membrana præcedebat hunc verſiculus iſte:
- inter atra cuius inguina,
Latet iacente pancie abditus ſpecu,&c.
Ego nullo labore lego:
Latet iacente pantice abditus ſpecus:
A pantice, vulgò ventrem vocamus pancian
Niſi ſit à pane, quaſi paniciam: quod facil
credo.

ibid. Tectus inguinũ] In optima mẽbran
-tectus annuo gelu. Perſiſtit in metaphora. v
de locis Septentrionalibus, aut montibus edi
tiſſimis dicimus eos annua niue dãnatos eſſe
Vt ſanè horum verſuum lepor, & elegantia
ſatis commendari à me non poſſit.

v.27. Aut languentior] Legeram olim iam
dudum, *angue lentior.* quam coniecturam me
gaudeo cõfirmari manu ſcripta lectione, qua
extat in ſcheda illa optima. Lentus flexibilis,
vt lentum vimen, & lentare remum Virgilio,
κάμπτειν, & lẽta membra γναπτοῖς μελέεσσι. &
pulchre angue lentiorem. Talis enim anguis
gradiens. & priùs Ariſtophanes accepit ὄφιν
pro pudendo remiſſo, in Concionatricibus.

ἐκπέσοι σου τὸ τρῆμα
Τό, τ' ἐπίκλιντρον ἀποβάλοις
βουλομένη σποδεῖσθαι.
κἀπὶ τῆς κλίνης ὄφιν εὕροις. Nam niſi ἀλληγορικῶς accipias, refrixerit omnis lepos huius ſententiæ.

p.158.v.5. Neruos excitet] Neruos ἀρχαϊκῶς, pro *neruus* recto caſu. *Excitet* verò παθητικῶς.
vt Var

vt Varro, *mutat mare.* & Catullus,

-- tantùm abhorret, ac mutat.

non *nutat*, vt in vulgatis. Item Gellius lib. 2. ca. 23. *Quantum ſtupere, ac frigere, quantúmque mutare à Menandro Cæcilius viſus eſt.* At editiones hodiernæ perperā habēt *nutare.* Hîc verò, *neruus excitet*, eſt στύοιτο. At membrana illa fideliſſima habebat: *Rigente neruus excubet lubidine.* quæ vera eſt lectio. *in excubiis ſit.* Sic vulgò Galli, *ſoit aux aguets.* Non potuit elegantiùs dici.

v. 10. Æſtate frequētor] Priapo quoque, vt Cereri corona è ſpicis imponebatur. Quare & Columella frugiferum nominat:

Et quæ frugifero ſeritur vicina Priapo.

v. 12. Ne ligneus ignem] Lego, *igne*, pro *igni.* Sic Ouid.

Nocte Deæ Noctis criſtatus cæditur ales. Prop.

Dum temerè anguineo creditur ore manus. Lu.

Eſuriente Leoni ex ore exculpere prædam.

Quod autem veretur Priapus, idem ei minatur & Martialis:

Et ſyluam domini focis reſerues.

Si defecerit hæc, & ipſe lignum es.

v. 31. Hoc tibi expedit] Attici dicunt: καὶ γὰρ ἄξιον. Vnde Eurip. in Telepho, ἄξιον γὰρ ἐλλάδι. Quod in legationibus ſemper apponi, & concludi ſolebat. Saluſtius in Iugurthino: *Cenſere eos ab armis diſcedere. ita ſéque illiſque dignum eſſe.* vt in principiis edictorum dicebant, Bonum factu eſt.

p.159.v.1.Parata nánque] Secuti ſumus l
ctionem Mureti:*crux ſine arte.* Vertimus eni
ἀσκέπαρνον. Ita enim vocant Græci, non qu
dem quod omninò ſine aſcia factum eſt, ſ
rude, & impolitum. Columella in eande
ſententiam:

-ſed truncum fortè dolatum
Arboris antiquæ numen venerare Ithyphal
truncum fortè dolatum, αὐτουργόν, αὐτοσχεδιασ

v.6. Hunc ego] Hoc quoque Ithyphall
cum Catulli eſſe placet doctis hominibu
tum propter ſtyli affinitatem, tum quòd eu
tali carmine luſiſſe in Priapum auctor e
Maurus Terentianus. Ithyphallicum quoqu
metrum à magiſtris Priapeum vocari, ide
politiſſimus, & eruditiſſimus Grammaticu
docet nos, quemadmodum & φαλλικὰ ἄσματ
(nam differunt ab Ithyphallicis) Priapo quo
que canebantur. Scholiaſtes Ariſtoph. ἄσματ
λέγεται φαλλικὰ τὰ ἐπὶ τοῦ φαλλοῦ ᾀδόμενα μέλη
ἔστι ᾗ εἰς διόνυσον, ἢ εἰς ἄλλο καρπόν. Lege, ἢ ἄλλο
τε εἰς πρίαπον.

v.9. Nutriui: magis] Hæc non ſunt nauci
Lego, *Nunc tuor magis.* Deinde ſequente
verſum puto ita explendum:

Pauperis tuguri pater, filiúſque coloni.

p.160.v.16. Cras amet] De hoc poëmatio
Deſ. Eraſm. prou cent. viij. *Meminit*, inquit, *de*
Amyclarum ſilentio & Catullus, niſi fallit inſcri-
ptio carminis de Vere, quod nuper nobis Aldus
Man. noſter exhibuit, repertum in antiquiſſima
quadam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

quadã Galliæ bibliotheca. Sed & poſt Eraſmum Lilius Gyraldus dial.x.de Poëtis: *Aldum Manutium memini dicere, ſe Catulli poëma habere, quod Ver inſcribitur.* Idem & Eraſ. fatetur: necdum tamen mihi illud videre contigit. De vtroq; vni Eraſ. facilè credimus, qui magnam veterum Romanorum ſcriptorum partem Galliæ bibliothecis pridem deberi ſcimus: & tamen potuit bonos viros de altero fefelliſſe exemplar, quandoquidem & in illo ſanè vetuſtiſſimo & fidei multæ, ex quo hæc primùm edita ſunt, non longo interuallo præcedit Epithalamium Q. Valerij Catulli, cuius eſſe vix agnoſcas quod Peruigilij auctor huius in Cæſarum gratiam cecinit. Et illa tamen ætatem arguunt, maiorem omninò quàm quòd ex hoc ipſo poëmate verſus quoſdam ſacrificali ſuo carmini inſeruit. Fulgẽtius Afer lib. I. Mytholog. quaſi παρῳδήσας, ita,

Vbi guttas florulentæ manè rorant purpuræ.
Humor algens quem ſerenis aſtra ſudãt noctib.

Genus carminis vt illud Tiberiani,

Aureos ſubducit ignes ſurdus ora Lucifer.

Subſcriptio ipſa præfert dictum non Veri, ſed Veneri, quam Plautus facetè Noctuuigilam appellauit, peruigilio triduano: quale fuiſſe & illud Priapi veriſimile eſt, cuius magna pars apud Arbitrum deſideratur. Sed hæc commẽtarij ſunt, non inſtituti huius.

v. 18. Ver natas orb.] Fortaſſis meliùs, *Vere natus orbis eſt.* Nam hæc fuit non Iudæorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

modò,ſed cæterarum ferè gentium, quæ qu
dem mundo natalem tribuerunt, ſententi
niſi quis magis figuratè ſcriptum malit, *v*
iuuentus orbis eſt,aut,*ver renatus orbis eſt.*

v.22. Cras amorem copul.] Perſpicuè l
gendum, *amorum.*

v.23.Gazas vir.]Meliùs,*caſas*.Tibullus,

Ludit,& ex virgis extruit arte caſas.

v.24.Subl.throno] Sunt qui malint, *thor*
ſed & in vetuſto epigrammate de Augu
cœna δωδεκαθέων meminimus ſcriptum,

Fugit & auratos Iuppiter ipſe thronos.

v.27.Tuno quiuore deſuper]An potiùs,
Tunc liquore de ſuperno,ſpumeo ponti è globo C
rulas inter cateruas, inter & bipedes equos Fe
vndantem Dionem de maritis imbribus. No
ſunt epigrammata veterum εἰς ἀφροδίτ
ἀνερχομένην ἀπὸ θαλάττης.& in fragmento P
lyhiſtoris Pontici,quod Iulio Solino in vet
ribus libris adſcriptum reperimus, de Vene
legas. *- quæ ſemine cæli*
Parturiente ſalo diuini germinis æſtu
Spumea purpureis dum ſanguinat vnda profun
Naſceris è pelago,placido dea proſata mundo.

P.161.v.4.Ipſa ſurgentis pap.]Rectiùs fo
taſſis.

Ipſa turgentis papillas de Fauoni ſpiritu
Vrguet in toros ſtupentes.

v.11.Prodiderunt purpuræ]Videtur lege
dum, *prodierunt*, nec abs re ſuſpicetur quis
hæc, & alia quædam in hoc carmine confu
n

nec ſuo loco poſita.

v.13.Manè virgineas papilla]Placet coniectura,

Manè virgines papillas ſoluit humenti peplo:
Ipſa iuſſit manè vt vdo virgines nubant roſæ
Fuſæ aprino de cruore, déque amoris oſculis,
Déque gemmis, deq; flammis, deq; Solis purpuris.

v.18.Vnica marito nodo]An potius,

Vnico marite nodo non pudebit ſoluere.

Varro apud Nonium, *Nouus maritus tacitulus taxim vxoris ſoluebat cingulum.*

v.21.Ipſa nymphas]Meliùs,

Ipſa nymphas diua luco iuſſit ire myrteo:
It puer comes puellis.

Et paulò pòſt, *nudus ire iuſſus eſt.* Sic eſt infrà,

Iuſſit & nudo puellas nil amori credere.

v.29. Totus eſt inermis]Lege, *in armis.*

Pa. 162. v. 4. Si deceret virginem] Auctor poëmatij de Herone & Leandro,

παρθένον ὐκ ἐπέοικεν ὑποδρήσσειν ἀφροδίτῃ.
παρθενικαῖς ὀ κύπρις ἰαίνεται.

v.5.Feriatis noctibus]Meliùs, *feriatos.* Eſt & peruigilij triduani exemplum apud Liuium 23. *Sed hoc Veneris in Sylua, aut nemore ante diem nuptiarum.*

v.10.Peruigilia canticis] An potiùs, *peruigilata?* vt apud Co. Tacitum, *peruigilata nox conuiuio.*

v. 16. Annis adr.] Omninò leg. *annus* vel, *Aennas,* vt apud Arnobium lib. 5. vet. exemp. *Et in altera fabula Ennade nemus.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

v. 17. Hybla flor. rumpe reſt.] An, *Hibla florum rumpe veſtes quantus Ætnæ campus eſt*, vt veſtium nomine ſignificet thecas & vaginas florum & campi planitiem, ad radices montis Ætnæ, fontibus floribúſque amœniſſimam? niſi quis malit, *Hybla florum rumpe reſtes quantus Aennæ campus eſt.* Nam & ſic Plinius allij reſtes dixit, & in nemore Aennenſi flores legens Proſerpina rapta dicitur.

v. 21. Alitis] Id eſt, Amoris, ſiue Cupidinis.

v. 16. Iuſſit & nullo] Suprà monuimus legendum, *nudo*, id eſt, ſine armis.

v. 25. Et rigentibus vergentes] Fortaſſis rectiùs legatur,

Et recentibus virentes ducat vmbras floribus.
Cras erit qui primis æther copulabit nuptias.
Vt pater roris crearet vernus annum nubibus
In ſinum maritus imber fluxit almæ coniugis:
Vt fœtus immiſtus omnes aleret magno corpore
Ipſa venas atque mentem permeante ſpiritu Intus, &c.

Euripides non apud Ariſtot. modò lib. 8. Eth. ſed & apud Athenæum lib. 13. & Stobæum in Phyſic.

ἐρᾷ μὲν ὕμβρου γαῖ', ὅταν ξηρὸν πέδον
ἄκαρπον αὐχμῷ, νοτίδος ἐνδεῶς ἔχει·
ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν ἀφροδίτης ὕπο,
ὅταν δὲ συμμιχθῆτον ἐς ταυτὸν δύο,
τίκτουσι μὲν πάντα, καὶ ἐκτρέφουσ' ἅμα.

Hîc etiã confer Virgiliana illa lib. 11. Georg.

Tum

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ deſcendit, & omnes
Magnus alit magno commixtus corpore fœtus.
Pater igitur roris Iupiter, vel eſt æther. vt Arn. lib. 5. vt Lucretio 1. de natura rerum, vnde illa virgiliana expreſſa videntur,
--- pereunt imbres vbi eos pater æther
In gremium matris terraï præcipitauit.
& vernus, vt Iuuenal. Sat. 5.
fremeret ſæua cum grandine vernus Iuppiter.
Nec abludunt illa Solini ex Pontico, quæ ſuprà.

P. 163. v. 6. In Latino tranſtulit] Meliùs, in Latinos.

v. 9. Romuleas] Verſus ratio exigit vt ſcribatur, *Romuleas*, & paulò pòſt,
Vnde Rames & Quirites: próque prole poſt,
Romuli, patrem creauit & nepotem Cæſarem.

v. 17. Suſcepit ſinu] Virgilius,
- tellure cadentem
Excepi, fouique ſinu.

v. 21. Ecce iam ſuper geneſtas] Meliùs fortaſſis, *Quiſque cœtus cotinetur coniugali fœdere.*
Ecce iam ſuper geneſtas explicant tauri latus,
Subter vmbram cum maritis ecce balantum gregem.
Calpurnius Egl. 1. iiſdem ferè verbis.
Cernis vt ecce pater quas tradidit Ornite vaccæ,
Molle ſub hirſuta latus explicuêre geneſta.

v. 27. Adſonante aërei] ſcribe potiùs, ac diſtingue ſic:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Adſonant Terei puellæ ſupter umbram populi,
Vt putes motus amoris ore dici muſico,
Et neges queri ſororem de marito barbaro.
Illa cantat,nos tacemus quando ver venit meum
Quando fiet muta chelidon,& tacere deſinam?

p.164.v.9. plenus adſis vitibus] An potiùs?
- lenis adſis vitibus,
Et pluas dulcem liquorem.

v.11.Ne malignis ſuenulis] fortaſſis melius,
-- ne malignis venulis
Aſperum ducat ſaporem verſum in vſus alteros.

v.21. Ambo de comis] Videtur repetendum illud,*ambo*,& legendum:
Ambo de comis calorem , & ambo radios conſerunt.

v.27. Gliſcit arbor]Meliùs, *gliſcit ardor*,& hîc facilè agnoſcas Virgiliana illa ex Theocrito,
-- teneriſque meos incidere amores
Arboribus:creſcent illæ,creſcetis amores.

v.29.Qui mali ſunt,&c.]Verſus ratio poſtulat vt legamus,*abs aluo*,vel potius,*ex aluo*.Expreſſit verò Theognidis illud ad verbum,
Οἱ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ, ἐκ γαστρὸς γεγόνασιν,
Ἀλλ᾽ ἄνδρεσσι κακοῖς συνθέμενοι φιλίην.

p.165.v.2.Mille offugia] Emenda *Offucias*, id eſt,vt Sext.Pompeius interpretatur,*fallacis*. Aul.Gell. lib.14.Noct.de Chaldæis ad locum. *Sed id præſtigiarum atque offuciarum genus commentos eſſe homines æruſcatores.* Plautus Captiui.

Ita

Ita demùm antiquis eſt adoleſcens moribus,
Quoi nunquàm voltum tranquillauit Graius,
Condignè eſt pater eius moratus moribus.

v. 13. Nemo non hæc vera dicit] Expreſſit & illud veteris poëtæ Græci, εἰς γάμον:

οὐκ ἔστι γήμας ὅστις οὐ χειμάζεται
λέγουσιν πάντες, καὶ γαμοῦσιν εἰδότες.

p.168.v.24. De qua Tucca] Corruptiſſimum Epigramma, quod ita nobis legendum videtur: *Delia ſæpe tibi venit, ſed Tucca videre*
Non licet, oculitur limine clauſa viri.
Delia ſæpe tibi venit, neque adhuc mihi, nanq́ꝫ
Si oculitur, longè eſt tangere, quod nequeas.
Venerit aut iam iam tibi: ſed mihi nuncius iſte
Quid prodeſt? illi dicito quæ redijt.

Salſiſſimum, & argutiſſimum epigrammatiū. Nam quam non videbat, vtpote quæ dura mariti cuſtodia aſſeruaretur, fruſtra eam veniſſe decebat, tanquàm rem factam haberet, & iam iam complexibus eius fruiturus eſſet. Venit quidem quantùm tu dicis: ſed non ego credulus. nam longè eſt quod tangere non potes. Eſto: venerit credo. At quid mihi prodeſt hæc ſcire? ipſi potiùs Deliæ gratulare præſenti ob reditum. Hic eſt totum ſal Epigrammatis. Nam ſi exagitat eum quod quam rediſſe gaudebat, eam videre quam non videbat? Quaſi dicat inſultans: *I nunc, alloquere eam.* importunè ſanè, quæ diligenter à marito aſſeruaretur.

Pag. 169. v. 2. Túque nunc] Lege,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Tuóne nunc puella talis, heu tuo
Stupore preſſa rus abibit? hei mihi,
Vt ille verſus vſquequaque conuenit.
Stuporem vocat Noctuinum, vt & Catullus ipſe
Talis hic meus ſtupor. nil videt, nihil audit.
Sic *ſtolonem* pro *ſtolido* dixit Auſonius. Vnde *ſtolidus* & *ſtolitus*, qui poſteà *Stoltus*, *ſtultus*.

v. 3. Rus abibit] Quia ære alieno obruti. Iccirco illud Catullianum ſubiunxit:
Gener, ſocérque perdidiſtis omnia.
Significat Noctuinum inquilinum cogi emigrare rus ex ædibus conductitiis, quod, vnde pro penſione ſolueret, nõ haberet. quæ migratio fiebat Cal. Quintilib. quia is erat conductionum dies. Martialis,
O Iuliarum dedecus Calendarum.
Vidi, Vaccerra, ſarcinas tuas, vidi.
Quas non retentas penſione pro bima
Portabat vxor.

v. 5. Gener, ſocérque] Notiſſimus verſiculus Catullianus:
*Eóne nomine Vrbis**
Gener, ſocérque perdidiſtis omnia;
Nam quod Correctorum audacia, qui illã lacunam explere conati ſunt, ſuccẽturiatum eſt, *Vrbis opulẽtiſſimæ*: id neq; modulo verſuum horum, qui omnes conſtant ex Iambis puris, atque ſententiæ, quæ, ſi ita legatur, nulla eſt, conuenire poteſt. Quid ergo? Ego puto aliquod conuicium hîc deeſſe, *Vt vrbis ô hirudines*: aut, *Vrbis ô voragines*. Cicero in piſonem:

nem : *Túne etiam , atq; adeò vos geminæ voragines , ſcopulíque Reipubl. vos meam fortunã deprimitis?* Omninò quid tale deſiderari putem.

v. 14. Hirneam] Non ſolùm hîc, ſed & in multis aliorũ auctorum manuſcriptis exemplaribus ita exaratũ perperam pro *herniæ* vidi. Laſciuia quadam herniæ nomen παρὰ τὸ ἔρνος formarũt, vt & *Ramicis*. Vtrumque enim quod cũ inteſtinum incipit in ſcrotum decidere, videtur ramum facere. Dicitur autẽ in hoc iambo duas habere filias Atillius : nempe filiam, ſponſam Noctuini, & Herniam. Ergo vterque alendus Noctuino , ſocer herniosus , & filia, vxor ipſius Noctuini. Et videtur tritũ in communi ſermonis laſciuia fuiſſe. Nam & Atellana Põponij inſcripta fuit, *Hernia ſponſa Pappi.* Si retines Hirneã, vt vulgò excuſum eſt, intellige de ebrioſa filia Atillij : quæ, vt eſt ſimile in Epigrãmate Græco, nunquàm à ſe amphoram ſemouebat, adeò vt ipſam ſororem ſuam vocaret. Ergo duæ filiæ , ipſa , & eius ſoror, Hirnea. Hirnea , vel potiùs Irnea , vt apud Plautum in Amphitruone, eſt genus vaſis vinarij. Antiquitùs Erneum, vnde & ita genus libi ei ſimile, aut ad eius formam fictum, vocabatur: παρὰ τὸ ὄρνεον. quod auis figuram haberet , vt quod Muſculi formam, μυόβαρβον. vnde Myobarbum Auſon. Nam βάρβος, vaſis genus. Sic quod ſcarabæi κάνθαρος, & ſimilia. Erneum potiùs , quam Orneum dixiſſe non mirabitur, qui meminerit & Apollinẽ, Elera,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

hemonem quoque vſurpaſſe.

v.16. Iacere] eadem mente, qua & in Epi grammatio Petronij:

Rebus in aduerſis quæ iacuere iuuant.

Et neſcio quis dixit, *iacentem guſtum*. Et Gelli us: *Oppidò quam iacere, ac ſordere incipiunt*, qua Latina ſunt. Eſt, quod Græci, ἀτονεῖν.

v.21. Et lingua, qua] L. *& lingua, qua ſat ſin tibi. h.e. qua tibi ſufficiam, qua tibi ſuperſim.*

v.26. Et helluato] Alluſum ad Heſiodium

δειλὴ δ᾽ ἐνὶ πυθμένι φειδώ.

v.30. Et inſcio repêtê] Vt de liberto impuro impuri Neronis, quē in fœminę naturam mu- tare volebat herus: & ei Epithalamium accin iuſſit. Forſan ille verſus Anacreōtis apud Am- monium de talibus nuptiis accipiendus eſt

καὶ θάλαμος, ἐν ᾧ κεῖνος οὐκ ἔγημεν, ἀλλ᾽ ἐγήματο

Niſi sēſit Anacreon de vxorio homine. Nam qui ſub vxoris imperio viuebant, eos nubere dicebant. Pompon. Attellan.

Herus meus nupſit quoidā vetulæ varicoſæ Afræ.

Thalaſſio, hîc bis repetitū eſt, vt in quodā epi- grāmate Iambico ter repetiſſe Virgili. auctor Mar. Victor. *Thalaſſio, Thalaſſio, Thalaſſio.*

p.170. v.3. Pulchra per Cotyttia] Corintho Romam inuecta hæc. Eíſque ſolæ fœminę in- tererant, adeò vt conqueratur Canidia Hora- tium ea in vulgus extuliſſe.

Inultus vt tu riſeris Cotyttia
Vulgata, ſacrum liberi Cupidinis.

Eorū præſes erat Cotytto dea impudicitiæ.

Cuius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Cuius & non abſimilis alia nomine Cicinnia, quæ in veteri Gloſſar. exponitur θεὰ κιναίδων. ab eo puto, quia cinædi cinninati. Vnde prouerbium: οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψηνίζεται. Apud Horatium tamen vetus interpres Porphyrio legit *Cocytia*, accipítque pro infernis ſacris, quæ ſolebant facere maleficæ mulieres ad amorem conciliandum. Quæ nos in Ciri, Stygialia dici annotamus.

v. 4. Ad feriatos] Etiam vetuſtioribus temporibus. Romæ Mutuno Titinio inequitabāt fœminæ. Vide Feſtum, Arnobium, Auguſtinū: quorum ſanè me pudet, pigétque.

v. 11. Neque in culina] Quem in ſenſum accipienda ſit culina hoc loco, docet Sex. Pompe. *Culina*, inquit, *vocatur locus, in quo epulæ in funere comburuntur*. Agg. Vrb. de agrorum controu. *Culinæ vocantur in ſuburbiis loca inopum funeribus deſtin. vnde inquilini*. eæ, ni fallor, ſunt, quas θύστρας Ariſtophanes ἰπποθύσι vocat. Puto & καυστήρια ab Artemidoro dici: γυναιξὶ δὲ ἑταίραις ταῖς ἐπὶ καυστηρίοις ἑστώσαις μίγνυσθαι μικρὰν αἰσχύνην, καὶ βραχὺ ἀνάλωμα σημαίνει. Nimirum ſentit Artemidorus eas, quas Catullus ait in ſepulcretis, aut in vſtrinis ipſo rapere è rogo cœnum. Nihil autem intelligitur per culinam, quam θύστρα. Erant in ædiculis Herculis culinæ, ad quas peregrè profecturi ſacrificabant, vt patet hac inſcriptione:

HERCVLI SAXANO SACRVM SER.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

SVLP. TROPHINVS ÆDEM, ZO
THECAM, CVLINAM PECVNIA SV
A SOLO RESTITVIT. IDÉMQV
DEDICAVIT K. DECEMB. L. TVR
PILIO DEXTRO M. MAECIO RV
FO COSS. EVTVCHIVS SER. PERE
GRINANTIBVS CVRAVIT.

Certum eſt enim peregrè profecturo Herculi ſacrificare ſolitos: quod dicebãt propter viam ſacrificare: hoc eſt, quod Græcis hiſtoricis ſubinde dicitur, τὰ ἐξιτήρια θύειν. Et inde iocus Catonis apud Macrobium de eo, qui poſtquam bona comederat, domum ſuam incenderat. Nam in culinis Herculis quicquid ex polluℓta dape reliquum erat, igne abſumebatur.

ibid. Et vncta compitalia] In compitalibus enim culinæ illæ erant, ad quas epulum Laribus ponebatur, quod à pauperibus diripiebatur. Talis ἑκάτης θοίνη apud Græcos.

v.15. Pantices] Pantices ſunt, quod vulgò vocamus *farcin*, corruptè à farcimine. Nam ita vocat Vegetius. Plaut. in Pſeudolo:

- improbæ vino modo cupidæ eſtis,
Et vos, voſtróſque pantices madefacitis.

Et Martialis:

Qui cum panticibus laxis, & cum pede grandi,
Et rubro pulmone vetus.

Vbi pulmonum φθίσει hominem laborantem intelligere, nihil vetat. Sed ego puto pulmonem ibi, & pantices idem eſſe, quẽadmodum

& pul

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

& pulmunculum apud Vegetium de re Veteriñaria. quod pantices pulmonum ruborem referant. Itaque ſic locus Plauti in Epidico accipiendus eſt:

-pedibus pulmoneis
Qui perhibetur, priùs veniſſet, quam tu aduenisti mihi.

Vt pedes pulmoneos intelligat, qui pãticibus vlceroſi ſunt. niſi referatur ad prouerbium πλεύμων, de ſtupido, vel potiùs dixerit pedes pulmoneos, tumidos. ſicuti Plinius pulmonea quædã poma vocata ait, id eſt, vt ipſe interpretatur, ſtolidè tumentia. In veteri Gloſſario Pantices, ἕλκη ἐπὶ τραχήλου τῶν κτηνῶν, exponuntur.

v. 16. Sauiis] Sauia enim ſunt labra, vt Pl. *- valgis ductant ſauiis.* Valga ſauia, labra diſtorta. Ita enim labris conformatis ridebant militem. Nam ibi ſauia, labra. ne, ſi oſcula interpretaris, fit, quod Græci στρεπτὸν φίλημα vocãt. Heſych. στρεπτὸν, φίλημά τι ποιὸν ἢ σκολιόν.

v. 17. Nunc læde] Manifeſtò hæc oſtendũt ſuperiora per inſultationẽ dicta eſſe, quaſi ab exprobrante, & per interrogationẽ efferenda eſſe ita: *Non me vocabis pulchra per Cotyttia*

Ad feriatos faſcinos?
Mouere lumbos nec dein, crocotula
Prenſis videbo alaribus?
Fallum ad Priapi turbulenti neutiquàm
Vocare, vbi adpulſæ rates.
Stant in vadis cæno retentæ ſordido,

Macrã

Macráque luctantes aqua?
Neque in culinam, & uncta compitalia
Dapéſque ducis ſordidas?

v.18. En nomen adſcribo] Legendum, *Et nomen adſerito tuum.* improbè enim apellauit, cùm cinædum dixit.

v.20. Faméque genuini] Vt famelicis canibus crepare ſolent. Plautus in Milite:

Venter creat omnes has ærumnas: auribus
Peraudienda ſunt, ne dentes dentiant.

Græci id dicunt μυλιᾶν. Vt Heſiodus: δεινὸν μυλιόωντες. In eadem ſignificatione, Dentire Varr. ἕως ποτὲ περὶ ὠρῶν, vt & Plauto:

Teges ruina ne iacentem ſub Deo
Ambeſſet algus dentientem frigore.

Hipponax, βαμβακίζειν.

δὸς χλαῖναν ἱππώνακτι. κάρτα γὰρ ῥιγῶ,
καὶ βαμβακίζω. Ad quos verſus Hipponactis alluſit Ariſtophanes ὄρνισι.

οὗτος, σὺ μέντοι σπολάδα καὶ χιτῶν' ἔχεις.
ἀπόδυθι, καὶ δὸς τῷ ποιητῇ τῷ σοφῷ.
ἔχε τὴν σπολάδα. πάντως δέ μοι ῥιγῶν δοκεῖς.

Quod tamen Scholiaſtes aſſecutus non eſt.

v.23. Sciſſūq; ventrem] ſcindere ventrē ἐπ' αἰσχρῷ dictum eſt Lab. *Puero noſtro hillas cædit.* Idem intellexit Plautus in Caſina:

Effodere hic volt, credo, veſicam villico. Sic accipiendus iocus Mar. *Aluum dixit habere ſe ſolutam.* In quem enim ſenſum Martial. dixit *aluum ſolutam*, in eundem noſter poëta, *ſciſſum ventrem.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

v. 24. Pedes inedia] Hoc fit, quia humores deorſum deſcẽdunt, quum in cerebro ſiſti non poſſunt. Heſiodus fragmento μεγάλων ἠοίων per γουνοπαγῆ idem αἰνιγματικῶς intelligit:

πὰρ δ' ἀχλὺς ἑστήκει ἐστι σμυγερή τε, καὶ αἰνὴ,
χολωρὴ, αὐσταλέη, λιμῷ καταπεπτηῦια,
γουνοπαγῆς. - eodem ænigmate:
-λεπτῇ δὲ παγὺν πόδα χειρὶ πιέζοις. Hoc

eſt, *ne fame pereas*. Sed τὸ γουνοπαχὲς in Fame eleganter Ouidius deſcribit: *genuúmq; tumebat Orbis, & immodico prodibant tubere tali.*

v. 26. Copa Syriſca] Copam monuimus eſſe καπηλίδα, ſiue à Græco dictũ eſt, ſiue à copibus rebus. Illi veteres, vt, *cludã, claudam*: ſic & *copam, caupam*, &, *cupam* dicebant Sic in Piſoniana quod eſt, *Panis, & vinũ de propola, & de cupa*: ibi *cupam* admonuimus eſſe τὴν καπηλίδα, vt & *propolam*, τὸν μεταβολέα. Neque rectè ſentiunt, qui pro cuppa ingẽti vaſe vinario accipiunt. Porrò, vt illud admoneam, *Syriſca* potiùs, quàm quomodo multi codices habent, *Syriſſa*, mihi legendum videtur. Sic Auſonio *Syriſcus*. Sic Iulio Capitolino, *Theriſcus*: Θηρίσκος.

ibid. Graia redimita] Per hoc ſignificat anũ eſſe. Nam proprium vetularum erat mitra. Antipater Sidonius:

τὰν μὲν ἀεὶ πολύμυθον ἀεὶ λάλον, ὦ ξένε, νίοσα
φάσει. τὰν δὲ μέθας σύντροφον ἅδε κύλιξ.
τὰν κρῆσσαν δὲ τὰ τόξα. τὰ δ' εἴρια τὰν φιλόεργον.
ἄνδεμα δ' αὖ μίτρας τὰν πολιοκρόταφον.

Proper

Propertius in anum:

Exequiæ fuerant rari furtiua capilli
Vincula, & immundo pallida mitra ſitu.

Ouid.

- Simularat anum, mitráque capillos Preſſerat.

Alibi:

Illa modò mitra canos intincta capillos
Fingebat tremula ruſtica liba manu.

v.27. Criſpum ſub crotalo] Crotalum quid ſit diſce ex Apuleio. Nam pauci animaduertêre: *Nam dextra*, inquit, *ferebat æneum crepitaculum: cuius per anguſtam laminam in modum balthei recuruatam traiectæ mediæ paucæ virgulæ, criſpante brachio tergeminos ictus, reddebant argutum ſonum. Sed & ex arundine ſciſſa fiebat: vt, quum quateretur digitis, ſonus ederetur.* Itaque legitur in Commentariis Græcorum, κρόταλον κυρίως ὁ σχιζόμενος κάλαμος, ὁ κατασκευαζόμενοι ἐπιτηδὲς, ὥστε ἠχεῖν, εἴ τις αὐτὸν δονοίη ταῖς χερσὶ, καθάπερ κρότον ἀποτελῶν. Sed non de hoc nunc accipiendum. Teſtulæ quoque, & oſſicula vſum crotali præſtabant, quæ vocabãtur Crumata. Martial.

Edere laſciuos ad Bætica crumata geſtus,
Et Gaditanis ludere docta modis.

Quod & apud ipſos Gaditanos, & Cantabros hodiè in vſu eſt. Meminit & Iuuenalis:

- audiat ille
Teſtarum crepitus cum verbis, nudum olido ſtans
Fornice mancipium quibus abſtinet-

Ariſtophanes βατράχοις:

- πού στιν

-πούσιν ἢ τοῖς ὀστράκοις Αἴτη κροτοῦσαι;
Neque aliud intellexit Arnobius per ſcabillorum crepitus. Quam vocem hodiè Hiſpani & Aquitani retinent pro ſimilibus crepitaculis. Dicunt enim paulò deprauatiore inflexu, *caſcabillos.*

v.29. Ad cubitum raucos] Intelligit vtrem inflare. Vtricularij erant ἀσκαῦλαι. Qui igitur inflat vtrem, & retinet manu calamos, per quorum foramina moduli diſtinguuntur, ille preſſum vtrẽ, & inſtigatũ exanimat, quatiens cubito, ita vt calami vibrentur ex vexatione aſſidua. Vide quæ περὶ ἀσκαυλῶν, & πιθαυλῶν in Ætnam annotamus. Non enim iniucũda, neque inutilia eſſe ſpero. Porrò Copa noſtra, quum Syra ſit, id quod nomen Syriſcæ ſatis conuincit, non malè Ambubaia dici poteſt. Nam Syriacè ambubaia, ἡ αὐλητρίς.

v.30. Quid iuuat] Campeſtrẽ exercitationẽ intelligit, & aſſum Solẽ, vt vocat Cicero: qui nihil aliud eſt, quàm ille torridus Solis feruor in meridie: ad quẽ exercebant in cãpo. Aſſare, eſt σταθεύειν, & aſſus σταθερός. Vt igitur aſſus Sol Ciceroni, ita etiam σταθερὸς Platoni in Phædone, ſi bene memini, οὐχ ὁρᾷς, inquit, ὡς σχεδὸν ἡ μεσημβρία ἵσταται ἡ καλουμένη σταθερά; Sed & aſſum quoque Solem potuit vocare in cãpeſtribus exercitationibus, pro eo, quod dixit idem Plato ἱδρῶτας ξηροὺς in Phædro, quum ait, πόνων ἀνδρείων καὶ ἱδρώτων ξηρῶν ἄπειρον. In Dialogo Epicteti, & Adriani imp. id eſt, aſſa

perſe

perferentaria. *Quid igitur*, inquit Copa, *vos iuuat potiùs feſſos ad ſolem exercere, quàm huic diuerſorio ſuccedere?* Ita etiam loquuntur temulenti iuuenes in oratione C. Titij apud Macrob. *Eunti in conſilium hæc eſt oratio: Quid mihi negotij eſt cũ iſtis nugatoribus, quàm potiùs potamus mulſum miſtum vino Græco?*

v. 31. Quam potiùs) Quam potiùs veteres Latini dicebant pro *potiùs quam*: vt in exemplo C. Titij paulò antè à nobis citato. item & Propert. lib. 1. eleg. 18.

Illum ſæpè ſuis decedens fouit in vlnis,
Quàm priùs abiunctos ſedula lauit equos.

Atticum eſt, ἢ πρὶν, pro πρινὴ. Ariſtophanes:

ἢ πρὶν γε τὸν μυττωτὸν ὑμῖν ἐγχέαι.

Et ſanè apud Plaut. in Trinũmo malim legere *quàm priùs*, non, *quin priùs*, vt vulgò legitur.

lacrumas hæc mihi, quum video,
Eliciunt: quia ego ad hoc genus hominum duraui, quàm priùs me ad plures penetraui: Tolerabilis quidem vulgata lectio, *quin priùs*, non tamen, vt vera putem.

ibid. Bibulo] Bibulum torum vocat, in quo plurimùm biberetur. At contra Ariſtophanes, πότην λύχνον, qui multum oliui conſumeret.

P. 171. v. 1. Sunt cupæ] Cupæ quidem vaſa vinaria, ſed quæ muſtũ è torculari excipiunt, non quibus ad bibendum vtimur: quanquàm hodiè in vulgari ſermone nomen cupparum in generibus cyathorum vſurpamus. Quo factum,

ctum, vt iam olim hanc lectionem ſuſpectam ſemper habuerim, donec incidi in quaſdam ſchedas, quarum copiã nobis fecit P. Pithœus noſter: in illis exaratum fuit: *Sunt tophi calibes.* In alia ſcheda, quam nobis videre contigit: *Sunt topia & calibes.* Quę ſanè ego amplector, & lubẽter probo. Nam topia, vel topos vocat, ſi fallor, non topiarium opus, ſed Syrorum tympana: quæ ita eorum lingua vocantur: *Tup* enim vocant. Vnde Græcum τύπανον, & verbum τύπτω. Non mirum eſt, mulierem Syriſſam patrium tympanum pulſare. Quo ne verum quidem ipſum verius eſt, ne cui videatur mirum vt de Ambubaia. Certiſſimum eſt veſtium, eduliorum, inſtrumẽtorum muſicorum genera ſimul cum ipſo nomine in alias nationes inuecta eſſe. Sic Hiſpani tympanum crotaliſticum, quod ab Arabibus vel Mauris acceperint Mauritana voce Atabal vocant. Sic & ab Arabibus magnum item tympanum altambor ſimul cum ipſa Arabica appellatione acceperunt. Calibes ſunt ęra ad crotala & crepitacula: quorum quam fuerint ſtudioſi Oriẽtales illi populi, ſatis nouit qui in veterum lectione diligenter verſatus ſit. Ea ſunt quæ Hebræi, niſi fallor, vocant *zilzalim*, h. eſt, vt ego interpretor, σεῖστρα, quæ & πλαταγὰς vocabant. Sine tibicine autem & crotalis nunquam ferè tabernæ erant, vt apud Prop. in tab.

Niletus tibicen erat crotaliſtria Phillis.

v. 3. Et trichila] Trichilæ nomine intelligit

pergu

pergulas, quæ & vmbellæ & vmbracula voc-
bantur. σκιάδες Theocrito Syracuſijs Colu-
mella : *At qui ſub trichila manantem repit a*
vndam. Apud Cæſarem III. de bello Ciui-
idem vocabulum inueniri in vetuſtis exem-
plaribus indicauit mihi Obertus Gifanius v-
eruditiſ. Vbi .n. hodiè legitur, *triclinia menſ*
inſtrato, quæ abſurdiſſimam ſententiam effi-
ciunt, ibi liquidò & diſertim manuſcripta le-
ctio exaratum habet, *trichila menſis inſtrat.*
Quin & Cœlius Rhodiginus eandem lectio-
nem agnoſcit: ſed perperam ſtragulum ſubti-
liſſimum interpretatur. Egnatius verò Teri-
cleum poculum. Eſt ergo trichila vitium au-
cucurbitarum iugamentum aut cucumerun
compluuiata pergula. Quam vocem nos, quã
quàm aliquantum detorta pronunciatione
hodiè in Gal. retinemus: trillas enim dicimus
Apud eundem Columellam quod vulgò legi-
tur :

Tum modò dependens trichili, modò more che-
lydri

Intortus cucumis- non intelligitur de *trichila*:
ſed legendum *trochili*. Ita enim vocatur toru-
lus in apophyſibus columnarum. Itaque lon-
gum, & teretem cucumerem dixit ſimilẽ to-
rulo columnarum, & colubro ſerpenti. Tri-
chilam autem Græcam eſſe vocem ſi nihil
aliud, certè *ch* aſpiratum demonſtrat. dictum
à denſitate foliorum, quaſi trichina, *n* in *l*, ve
nympha, linfa. τρίχινον Tarentini dicebãt pro
ſpiſſo,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſpiſſo,à pilis. Varro, *Quòd trichinus quæſtus erat,nunc etiam vberrimus.* Trichinum quæſtũ vocat ſpiſſum. Spiſſum enim veteribus erat tardum. Vnde ſpiſſi gradiſſimi ſenes, & ſpiſſe venire,hoc eſt,βραδέως,Plauto.& multa præterea talia. Significat iis Varro quæſtum tardum,& ſerò veniſſe.Ergo τρίχινος ſpiſſus. & Trichina,poſteà Trichila,ἡ δασύφυλλος.Non eſt dubium,quin ea ſit ἐτυμολογία.

v.6.Eſt & vappa] Vappa non ſolùm οἶνος ἐξεστηκὼς , ſed & quoduis εὐτελὲς vinum dicebatur. ſiquidem hîc ita accipiendum. Apud Suidam,ὀξύτης, κηκίς. Corrige, ὀξίνης, κηκὶς. ὀξίνης eſt vappa , κηκίς , Galla atramentaria. Nam Galla etiam pro atro , & aſpero vino. Lucill.

Quæ Gallam bibere, ac rugas conducere ventri
Farre aceroſo,oleo decumano,pane coegit
Cumano.- Ergo vinum aſperum,quod Gallæ,ex qua fit atramentum , ſimilitudinem referat,Gallam vocauit Lucillius. Talia hodiè in Longobardia , & Hetruria bibuntur ; quæ verè ſunt,quę Crucia vocauit ídem Lucillius. Vappa igitur οἶνος ἐξεστηκὼς.At languidum & ἐκλελυμένον vinum ſubleſtum vocabant. Subleſta pictura eſt, tantùm primis lineamentis deformata , ac nullis coloribus adumbrata. Eáque Græcè dicitur μονόγραμμος. Liſta eſt γραμμὴ , teſte illo vetere Gloſſario. Sic & hodiè lineam vulgò vocamus. Dicta liſta , à λίσπη,p.in t: vt, στάδιον, σπάδιον,ſpatium.σπουδὴ, ſtudium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

ſtudium, hinc ὑπόλιστοι picturæ primum, h
eſt, ad verbum, ſubleſtæ. Inde ad alia tranſ
tum, ſumitur pro euanido, tenui, languido.
vinum, de quo iam ſatis diximus, ſubleſtu
Erat & καπνίας οἶνος, improbum vinum. Vn
puto, Mart. peſſima vina Maſſilię, fumos M
ſilitanos vocauit. niſi intellexerit de vin
quæ vt vitium exuerent, ebibere inſtitueba
tur fumum in loco, quem vocat Nebulariu
Col. At non ſanè noſtratia, quæ naſcuntur
Biturigib. Vibiſcis, alium fumum ebibu
quàm temperatiſſimam illius cœli coctura
Ex qua potiùs ipſa fumum bonum emittu
quàm malum deſiderant. Inuenio & Græc
infimæ vetuſtatis fugiens vinum ἐκφαυτιδ
dictum. hoc eſt, ἐξίτηλον, & euanidum. Ta
igitur vocarunt vappam Latini, Æolica voc
Nam vt Æoles pro ὄμμα dicebant, ὄππα: ſi
vt ego puto, pro βάμμα βάππα. quod ita v
carent, quicquid non merum, ſed dilutũ eſſe
Vnde vinum ſpurcum & fugiens eo nomin
Latinis dicitur. Quod autem vappam fœm
nino genere dixerunt, eſt eadem ratio, qua
ſchemam eodem genere declinarunt. Plautu
Cum ſeruili ſchema. Sic ſyrma fœminino gene
re apud Turpilium. Schema verò, vt Plautu
vſurpat, eſt penulæ ſeruilis genus. Id & in Sy
racuſana lingua inuenitur. Theocritus:

τὼς αὐλῶς μὲν ἔχοισα, καὶ ἢ ῥόδον, ἢ τύγε μᾶλον.
σχῆμα δ' ἐγὼ καὶ καινὰς ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀμύκλα

ibid. Diffuſa] Lego, *defuſa.* Vinum defuſu
pateris

pateris. Sed & tibi de hac re ſatisfaciet doctiſſ. Lambinus noſter in commẽtariis ſuis in Horatium.

v.20. Huc Alibida] Ita vocat Silenum. In prologo Bacchid. Plauti, ita Silenus de ſe ait: *Aſibidam me Ionij vocitant greges.* Greges autem Ionij, ſunt hiſtriones. vt alterutrum ſit legendum *Aſibidam* an *Alibidam*, planè ignoraremus, niſi ſubiunxiſſet:

Quod aſino vehar ſenex veturio. Legẽdum enim *Aſiuida.* Priùs enim dictus *Aſiuehida*, forma patronymica. qualia multa componit Plautus iocans, vt *Rapacida*, *Plagipatida.* Hoc ex imitatione Æolûm, qui ferè epitheta patronymicῶs formant, vt σπουδαρχίδης. Aſiniuehida autem ratio etymi poſtulabat. Sed conſultum eſt euphoniæ, vt σιαλόγος, pro σιανολόγος. ἀμφιβολόγος, pro ἀμφιβολολόγος. Veturium in illo prologo eſt τὸ κτῆνος, quaſi vehiterium, vt *Aſiuida*, pro *Aſiuehida.* Inde veterinaria animalia. Ergo Aſiuida Silen. ὀνοβάτης.

v.31. Anne coron.] Lapides inſcriptos, qui tumulis imponebantur, item & cippos coronis honorari adeò notum eſt, vt exẽplis opus non ſit.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12

751

751

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
183 N 12